DE NOTIS NATURALIBUS, GENITIVIS ET GENTILITIIS MEDITATIO…

Theodor Hopingk

DE NOTIS NATURALIBUS, GENITIVIS ET GENTILITIIS

MEDITATIO HISTORICA,

Harum

APPELLATIONES VARIAS, ORIGINEM, CAUSAS, GENERA, PROUT NUNC GENTIbus, nunc singularibus Imperatorum, Regum, Principum & Heroum personis, imo & integris Familiis, unàcum certis quibusdam Affectibus, sunt peculiaria, effectumq;, potestatem & usum cumprimis forensem succinctè & philologicè exhibens,

AUCTORE

THEODORO Höpingk/ J. U. D. HISTORIARUM ET ORATORIÆ IN ACADEMIA MARPURGENSI PROFESSORE Ordinario,

ADJECTIS SINGULORUM PARAGRAPHORUM *summis, earumq;, ut & Rerum & Verborum accuratissimo ad calcem Indice.*

MARPURGI CATTORUM,
Typis & Sumptibus NICOLAI HAMPELII, *Typogr. Academ.*
M. DC. XXXV.

Marquard. Freherus

Lib. 1. Parerg. cap. 1. pag. 3. post

THALETEM MILESIUM.

NULLUM te aliud præmium posco, nisi ut ne tibi unquam hujus inventi gloriam arroges, sed quando ejus alios participes facere volueris, auctorem me ejus esse perpetuò profitearis.

VIRO EXCELLENTISSIMO

DN. JOANNI LUDOVICO MüLLERO, FRANCO, AMICO SUO.

Meditationem, quam de Notis Familiarum & Personarum Illustrium concepi, ad te meritissimò, mî Amice, *defero, tibi consecro. Primùm, quòd ex conversatione cum eminentis doctrinæ Antistitibus, quibus apprimè operam semper dedisti, pronata, in eaq́; alta est. Homo enim huic se devovens, & cum hac excubans ac pernoctans, nullo unquam modo inani ostentatione furenter inflatus turget, sicut is, qui præter opes suas nihil amplum meditatur,* [*Hieron. Orosius* lib. 5. de Glor. pag. 273.] *aut qui cum indoctioribus omni in re,* juxta Platonē, *plus sibi, quàm docti, arrogat. Dein' quia sciam te à teneris unguiculis philologicis exercitiis, maximè poeticis, velut omnis antiquitatis rivulis adhæsisse & adhuc, post acceptum ad Cephisum amnem in hac nostra Justitiæ Bœotia omnigenæ laudis oraculum, adhærere: indeq́; & litantium præconem factum, manibus aras prehendisse, & adorasse. Ut enim plurimū refert, à quo quis potissimùm honestas artes acceperit: ita quoq́; non minus studia promovetur, si generis, morum, vitæ, & assiduitatis elegantia condecoret asservantem.* [*Plin. Secund.* lib. 3. Ep. 3.] *Hinc Romanis solemne sacrumq́; fuit claros Præceptores undequaq́; in patriam inducere, quo à finitimis oppidis popu-*

lisq; studia illinc petantur, & ut nunc liberi istiq; in aliena loca: ita mox alieni in hunc locum confluant. [*Plinius Secund.* lib. 4. Epist. 13. cir. fin.] *Dicere enim ajunt Ennium, flammam à sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat.* [*Tullius* 2. de Orat. *Freher.* 1. Parerg. 3.] *Nolo hic illam, quæ jam ante mihi cum parentibus, proximisq; tuis intercessit familiaritas & amicitia, multis recolligere, sat perspectum habeo parentum tuum bellis Ungaricis clarum, Janizarorum prærogativam & decora, proximè ad has Notas nostras accedentia, dudũ cognita habuisse. Janizari enim,* ait Paulus Jovius, [lib. 14. hist. p. 288.] *peculiari prærogativâ exarcolã, hoc est, pileum album, aureâ anteriore fasciâ, & cristis insignẽ acinaci impenetrabilem, dimissâq; per tergum latâ caudâ cervices munientem, pro galea gestãt, lunatosq; item calceos cæteris vetitos induunt. Breviores togulas colore cyaneo, aut rubro, aut prasino ab anteriore fimbria in tergũ redactas, baltheis subcingunt. Ita semper vel impressa, vel extrinsecus assumpta, populos, familias & heroas certa discriminis & excellentiæ loco, mansère notæ. Quis enim inficiari audebit, natura ipsa ferè semper fieri, ut ex vultu, & totius corporis aspectu ingenuam viri indolem ab ignobili discernamus, cùm corporis species indubiò mentis sit simulachrũ, easq;, exemplo Romuli & Remi, Paridis, Æneæ & aliorũ, ideò insculpserit notas*

tas & characteres, quò hominem hunc præalio altius spirare, & magnificū quid sapere deprehendamus, ast notabiliter Dom Vincent. Turtur. Siculus, [lib. 1. de nob. Gent. c. 3. (mihi) pag. 12. post Ovid. Virg. & alios ibi relat.] *Atq; hoc insuper est, quod dicitur à Psalte* [*Ps.* 149. v. 9.] *Nobiles eorū in manicis ferreis:* Et alibi: *Sedebunt cum Senatoribus terræ* [*Prov.* 31. v. 23. & seq.] *Sic apud Indos Byssum non nisi nobilis induebat.* [*Philostrat.* in vita Apoll. lib. 2.] *Apud Parthos & Persas nobiles anaxyridem triplam, & manicatam tunicam induebant: Plebs verò erat in tunicis sive manicis, vehebanturq; Nobiles equo, Ignobiles minimè.* [*Justin.* lib. 41. *Andr. Tiraq.* de nobil. cap. 20. n. 77. & cap. 37. n. 161. *Guido Pancirol.* lib. 1. thesaur. var. lect. c. 9. & mult. seqq. ubi de Romanis.] *Sed quid multis? res ipsa loquitur. Dicam verbo: Voluit Deus certis semper notis, vel pacis artibusq;, vel bello militibusq; accommodis, distinctas esse vitæ conditiones. Hic quantum labor, & fortuna valeant, sit penes expertos judicium. Tu interim, Vir Excellentissime, & ex nostris prima, Numantinaq; nota dignissime, hoc quicquid est annotationis historicæ nomini tuo inscriptum, volente promptoq; accipe animo. Dabam è Musæo meo* IV. *Id. April. Anni* CIƆ IƆC XXXV.

T. amantiss.

Theodorus Höpping. D.

AD

VIRUM CLARISSIMUM ET CONSULTISSIMUM,

DN. THEODORUM HoPINGIUM,

I. V. D. & in Inclutâ Marpurgo Professorem publicum,

[illegible]

VIDI volens, Corculum, gentilitias tuas. Vel ex hoc ungue leonem. Qui Musarum nostrarum sunt, necessum fateantur ipsasmet Charites hæc tibi charismata dictasse. Nec oblectationi solum est, sed & plurimùm habet curiosa ista cura fructî. Licet enim frons, oculi, vultus, cæter & exterus iste cortex, quandoq; mentiantur: conspirantibus tamen aliis adminiculis, cui vappæ solicita ista sapientissimæ naturæ martyremata rejiculo sint, quæ nihil frustrà? Utere sublimi tuâ indole publico bono & Thespiadum familiam frequente partu fœcunda. Sic longum vale & Excellentissimos Dominos Collegas meis verbis saluta. Wildungæ Waldeccorum, IV. Nonas Apriles. M DC XXXV.

Sed & hæc properiter.

Nosse

NOsse notas rerum, rerum signacula nosse:
Nosse characteras, hoc Solomonis opus.
Quid Genius, quid cuiq; Deus, juga Juno quid indat,
Quid Matuta potens, quid Cytherea Venus.
In gemmis, plantis, mineris, Semonibus ipsis,
Haut sine miraclo cernimus has maculas.
Inquia MENS *mundi: vaga* FORS*: Idea Platonis,*
Num picturatis ludit imaginibus?
Sunt aliquid NIXII*: sola non arte magistrâ,*
Non duce naturâ singula proveniunt.
Ut sua castrorum. sic cœlicus Induperator
Insculpit turmis symbola certa suis:
Ut, quæ fatorum secreta tablina recondunt,
Orbi publicitùs hæc genitiva notent.
Ignea dum tua, mens cœli, telluris, aquaï
Symphyta rimatur stigmata, signa, notas,
Quæ tibi Pegasei reddetur strena laboris?
Pegasus ingenii sit nota priva tui.

Amoris ergò ludebat

ZACHARIAS VIETOR, I. V. D.
Cancellarius Waldeccicus.

AD

INDEX

PARAGRAPHORUM IN HISCE HISTORICIS Meditationibus contentorum.

PROOEMIUM

PARAGRAPHUS PRIMUS

De variis Genitivarum & Gentilitium Notarum sive Signorum appellationibus.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

De Origine, Causisq; hujusmodi Notarum diversis.

PARAGRAPHUS TERTIUS.

De Notarum, Signorum, ac Insignium Genitivorum Generibus, & quidem prima de Naturalibus natis, & affectibus in genere.

PARAGRAPHUS QUARTUS.

De Genitivis Gentium quarundam Notis in specie.

PARAGRAPHUS QUINTUS.

De Genitivis singularium quarundam personarum, Regum scilicet, Principum & Heroum signis nativis.

PARAGRAPHUS SEXTUS.

De Genitivis Gentis ac Familiarum Illustrium Notis, signisve innatis & Affectibus.

PARAGRAPHUS SEPTIMUS.

De Gentilitiis Regum, Principum & Heroum sanandi morbos donis, peculiaribusq; Gentis sive familia notis aliis.

PARAGRAPHUS OCTAVUS.

De Singularium quarundam personarum, summâ dignitate praepollentium Naturalibus sanandi aegrotos, insolitisq; operandi donis & signis.

PARAGRAPHUS NONUS

De Mixtis, partim Genitivis, partim Gentilitiis quarundam signis sive notis.

PARAGRAPHUS DECIMUS ET ULTIMUS.

De Effectibus, Usu & potestate Notarum sive signorum ac Insignium Naturalium, Genitivorum & Gentilitiorum.

MEDI-

MEDITATIONIS HISTORICÆ DE NATURALIBUS, GENITIVIS AC GENTILITIIS HOMINUM ET ANIMANTIUM, præcipuè verò Gentium, Illustrium familiarum & personarum singularium Notis, earumq; usu,

PROOEMIUM.

Summæ.

1. Discendum, ut doceamus; nec debet res ulla alicui tam eximia esse, quàm sibi uni reservare velit.
2. Scientia, quæ mente concipitur ore effundenda est.
Sapientia dando fit largior, retinenda minor.
3. Conversatio & collatio sententiarum artes peperit: philautia, stoliditas, amor fustulit.
4. Sapiens audito alio fit sapientior.
5. Hedera sola relicta in altum non evehuntur, sed amplexa validas arbores.
6. Iuniores iungendo se claris viris viam sibi ad scientiam, honoresq; parant.
7. Plurium opera res magis illustratur.
8. Gulielmi Budæi & Antonii Mornacii laudes.
Conversationem & familiare Colloquium suum Mornacius cum Iacobo Choartio extollit.
Choartii laus.
9. Meditationis huius occasio.
Conversationi cum doctis per vitam multum se debere Author ingenuè fatetur.
10. Non omnia possumus omnes
11. Res sæpe paret, non semper authoritas
12. Legibus hodie ex tempore imperitiá ac oscitantiá non creditur, nisi Doctorum accedat Authoritas.

1 DE *Naturalibus, Gentiivis* † *Gentilitiis, & ex utroq; Mixtis*, quarundam Gentium, Familiarum, Personarum ac Animalium *Notis*, signis ac Insignibus dicenti mihi, illud obversatur menti, ut hîc cum Joanne Fabro *in Breviario Codic. lib. 1. tit. 22. nu. 8. post Senecam*: Gaudeam aliquid discere, ut doceam, nec ulla res me delectat, licet eximia & salutaris, quam mihi uni sciturus sim.

2 Etenim † cum Isidoro scientiam, quam mente concipio ore effundo, quod sapientia dando fiat largior, retinendo minor: prior se audivisse fatetur: quamdiu istud tenueris, aliud non habebis. 3 Conversatio † siquidem, ut et apud Euripidem, & collatio scientiarum artes peperit. philautia, stolidusq; amor sui, ignorantiam genitricem comitemq; agnoscens, sustulit. Nullus 4 † adeò sapiens, qui audito alio, sapientior fieri non possit, juxta illud Spiritus sancti: da occasionem sapienti, & addetur tibi sapientia: & rursum, audiens sapiens, sapientior erit. Proverb. *cap. 1. & 9.* Adam Keller *lib. 2. de off. jurid. polit. cap. 2. pag. 250.*

5 Nam † quemadmodum hederæ solæ relictæ in altum non evehuntur, validas autem celsasq; arbores amplexæ, unà cre-6 scunt & attolluntur, sic † & juniores ascensum sibi ad scientiam, honores, dignitatesq; parant, quando se claris & magnis viris applicant. Plutarch. *in præcept. gerend. Republ.*

7 Profectò † magis illustratur res, quando plures conferunt operam & studium. Ut enim ferrum ferro acuitur, sic vir virum acuit. Henric. Lather *in præfat. tract. de cens. circ. fin.*

8 Quod † animadvertens post Gulielmum Budæum alterum Jurisprudentiæ & Justitiæ apud Gallos decus *Antonius Mornacius*, sæp us & gloriatur & gratulatur sibi de familiari cum Eminentissimo & Exercitatissimo Advocato & Practico Jacobo Choartio inito Colloquio, quodq; illud sibi advertenti nunquàm inane & ociosum fuerit, ac ideò in suis commentationibus tanti viri frequentem se interjicere mentionem. Ita Mornac. *in observat. ad l. Procula 26. D. de probat.*

9 Ex eodem † fonte & hæc mea Meditatio, Annotatio, vel potius historica descendit observatio, quam quidem, ut ait ille, meo

meo gessi quidem remigio: multum autem per vitam Musis, Musarumq; Patronis, cum quibus mihi sæpè colloquium, & conversatio, debeo. Non † enim, juxta Poetam, omnia possumus omnes, ac licet † sæpissimè res ipsa pateat, deest tamen non rarò Scriptorum auctoritas, ut ferè † in simili conquerantur JCti nostri, de horum temporum imperitiâ ac obstinantiâ, ut Legibus hodie non credatur, nisi Doctorum auctoritates, vel, ut ajunt, Decisiones accedant in terminis, iisq; comprobentur, post Socin *cons.* 10. *n* 1 *lib* 5. Cardin. Mantic *de tacit. & ambig. convent. lib* 11. *tit* 25. *n.* 7 Steph. Gratian *discept forens tom* 2 *discept.* 157. *n* 33. *in fin.* Anton. Tessaur *decis* 213 *n.* 2 *in fin. vers. possent.* Joann. Petr Fontanell. *tr de pact. nupt tom.* 2. *claus* 7 *Gloss* 2. *part.* 9 *n* 29 Ant Hering *in præfat tract. de Fidejuss vers quin etiam auctoribus, ubi eleganter* Barthol. Muscul *tract de success. conventional in proœm. pag.* 4. *& seq. vers. quantum porrò.* ubi elegantissimè per rationes; quas itidem congestas vide apud Martin Monter. *in præfat decis n* 43 Anton. Bullæus *discurs. Academ* 8. *n* 29 Henric Bocer *in Epist ad lector tract de jur. Monetar* Joan. Harprecht. *in Epist. dedicat præfix comm in tit. Inst de just. & jur.* Frider Prenning *in præfat tom* 3 *cons Martin. Vronis pag* 6. Conf. insuper Adam. Keller. *lib* 2. *de offic jurid. polit. cap.* 7. *vers in quibus pag* 310. post Camill Borell. *cons* 29. *in princ.* Georg. Mundum à Rodach *tract de diffamat in proœmio, nu* 77. post Curr. Jun *cons* 119 *n.* 6. *cons* 11 *n* 24. *& cons.* 46 *n* 4. Bertaza *cons* 62 *nu.* 24. & alios. Sed ad rem.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

De variis Genitivarum & Gentilitium Notarum, sive Signorum appellationibus.

SUMMÆ.

1. *Genitiva vocantur nota auctoritate Suetonii.*
2. *Item Maculæ ingenitæ, Genitales, genuinæ & originales.*
3. *Genitivarum quid denotet?*

1 **G**Enitivas † voco has *Notas* cum Suetonio *in Octavio cap.* 80. *ubi:* Genitivis notis in modum & ordinem ac numerum stellarum cœlestis ursæ.

2 Alii † *Maculas* a Natura ingenitas, quasi Genitales, genuinas & originales, ac cum ipso nascente congenitas.

3 Præterquam † enim quod Genitivum eum habeat significatum, quo vim generandi denotet, instar humoris genitivi, quod semen appellatur: etiam connatum, congenitum & originale, genitivum vocamus. Phil. Beroald *in comm. ad Sueton in Octav cap.* 80. *in verbis. Genitivis notis pag* 502. Marcellus Donatus *in dilucid. Sueton cap* 80 *pag* 512. M. Anton. Sabellic. *in paraphras ibid. pag* 1075.

4 Has † in corpore maculoso dispersas per pectus atque alvum in modum & ordinem ac numerum stellarum cœlestis ursæ (Sidonius Apollinaris, Draconis) exhibuisse Octavium Augustum, traditur a Suetonio *d. loc.* & Sidonio *infrà relato loco.*

5 Genitivas † verò vocat Suetonius notas, vel quod congenitæ, & à primo ortu Augusto impactæ per verba: in modum & ordinem numerumque stellarum cœlestis ursæ: vel quod & aliâs per universum corpus propagârint, sicque illud maculosum, impetri-

perigiosum, ac pruriginosum reddiderint: Marcell. Donat *in dilucid. Sueton. d. loc.*

Genitrices † *Maculas* Sidonius Apollinaris *in Anthemii Paneg.* 6

Magnus (ait) Alexander, nec non Augustus habentur
Concepti serpente Deo, Phœbumq; Iovemq;
Divisere sibi. namq; horum quæsiit unus
Cinyphia sub syrte patrem maculis genitricis:
Alter Phœbigenam sese gaudebat haberi
Pæonii jactans Epidauria signo Draconis:

Genitivum † *imaginem* Ovidius: & Συμφυῆ σύμφυλα, signa ingenita, juxta expositionem Theophrasteorum characterum Isaac Casaubon *in animadvers. ad Sueton. lib. 2. pag. 105. vers. Genitivis notis 39* Beroald *d. loc.* forsan auctoritate Aristotelis in arte Poëtica, de qua Michael Piccart. *decad. 1. obs. histor. polit. cap. 7. in princ.:* 7

Et *Ingenuum* † *signum* (alii, ingenitum nævum) Ausonius *in Ordine Nobilium Urbium de Antiochia & Alexandria,* 8

—————— Illo Seleucum,
Nuncupat: Ingenuum cujus fuit anchora signum,
(alii: *Ingenitus nævus fuit anchora signum,* ——————
referente Andr. Tiraquell. *de Nobilit. cap. 6 n. 20.*)
Qualis inusta solet, generis nota certa, per omnem
Nam sobolis seriem nativa incurrit imago:

Deniq; † etiam *Impressiones*, Camecar. *cent. 3. Oper. subcis. cap. 42 pag. 146* appellant. 9

In specie † verò illas, quæ integræ Gentis vel Familiæ alicujus sunt signa, notas quod attinet, Gentilitiæ ex Latinis, συγγενῆ sive συγγενικά, Græcis dicuntur, suntq; ejusmodi signa, quibus certæ familiæ, vel prærogativâ aliquâ, vel aliâ aliquâ notâ dignoscuntur Michael. Piccart *d. decad. 1 cap. 7 pag. 49.* 10

Gentile † has notas Suetonius *in* Tiberio *cap. 68. ibi:* quòd Gentile in illo videbatur, *& ibi* Casaubon. *in animadvers. lib. 3 vers. 34 pag. 151.* M. Anton. Sabellic. *in paraphras. Sueton. Calig. cap. 35. ad verba: cincinnato pag. 1148:* 11

Speciale verò Trebellius Pollio *in Quieto*, *ibi*: Macrianorum familia, quod speciale semper habuerunt:

12 Vetera *Familiarum* † *insignia* Suetonius *in Caligula cap.* 35 & *ibi* Phil. Beroald. *in comm. pag. (mihi)* 502:

Ornamenta à majoribus per manus tradita M. Anton. Sabellicus *in paraphras. ad Sueton. Calig. cap.* 35 *pag.* 148. vocant.

13 Utrasq; † verò has notas Genitivas & Gentilitias verbo complectitur Andr. Tiraquell. *tract. de Nobil. cap.* 6 *nu.* 20. quando *Naturalia* ab ipso utero corpori infixa, impressa atq; insculpta *in-*

14 *signia*. Et † *peculiaria χαρακτῆρας*: Item peculiares & divinas notas Philipp. Camerar. *d. cent.* 3 *cap.* 42 *in pr. pag.* 143 nominant.

PARAGRAPHUS SECUNDUS

De Origine, Causisq; hujusmodi Notarum diversis.

SUMMÆ.

1. *Origo harum Notarum videtur esse à Cain.*
2. *Signum quod posuit Dominus in Cain, non fuit caule*
3. *Nec intra frontis impressa nec vultus ferus & truculentus*
4. *Sed tremor corporis & mentis, ac vultus consternatio indicans peccatum, ex aliorum sententia.*
5. *Sensus historicus difficilimus*
6. *Causa harum Notarum occulta & imperuia.*
7. *Vis imaginatrix, an causa, obscurum*
8. *Vi imaginatrice, quod in gignente est, praeterito filio, nec participante in Nepotem quandoq; transfertur.*
9. *Artificio ad hoc adducitur occlivitas.*
10. *Dacorum & Sarmatarum nota.*
   Lepidorum Gentis signum.
11. *Iulii Firmici Mathematici super causa Notarum sententia refellitur cum Cardanica.*
12. *De causis harum Notarum remissivè.*
   Vera denique, similitudinis in prole & consequenter harum Notarum causa quae?

1 ORiginem † harum Notarum, si penitiùs introspicimus repetere eam videtur à Cain, in quo Dominus posuit signum, ut non

nemo interficeret eum omnis, qui invenisset eum, Gen. c. 4 *n.15.*

2 Sed † qualenam hoc fuerit signum, haud patet. Rabbini canem fuisse, qui Cain semper præiret, & per vias tutas deduceret, fabulantur. 3 Alii † literam fuisse fronti Cain impressam. Alii vultum ferum & truculentum.

4 Hieronymus † & Procopius tremorem corporis ac mentis & vultus consternationem intelligunt, ita ut corpus & vultus peccatum Cain loquantur, de quo terrore *ibid. vers. 13 & 14.* non verò quod hic esset naturale signum, indicans Cain non debere occidi, sed quod simul per sermonem & mutuam traditionem apud omnes hoc invulgaretur. Et hæc communior est sententia attestantibus B. Mart. Luth. *in Enarrat. in Gen. c. 4. ad verba. & posuit Dominus in Cain signum, p. 78 b tom. 6* Corn. Corn. à Lap. *comm. in Gen. d. c. 4. vers. 16 in verb. Posuitq; Dominus in Cain signum, pag. 101.* & Leonardo Mario *in comment. ibid. n. 34. lit. n vers. posuitq; Dominus.*

5 De † Origine igitur, cum sensus historicus, ut aliàs sit difficilimus, Cornel. à Lapid. *in Encomio sacr. Script. cap. 3. cap. 7. præmisso Pentateuch.* aliter non patet, quam ut dictum. 6 Causa † verò hujusmodi Notarum adeò occulta est, ut liberè fateatur Michael. Piccart. *d. decad. 1 cap. 7 pag. 48.* se illam pervidere nondum potuisse, 7 quamvis † non desint, qui ad vim imaginatricem, aliquam interdum ratione variorum nævorum, lentiginum, literarum & verrucarum mutationem in prole facientem, referant, sed an satis tuto, in obscuro est. Confer Caspar. Bauhin. *lib. 1 de Hermaphrod. cap. 11 per tot.* Joan. Nevizan. *lib. 2. Sylvæ Nupt. num. 92.* ubi post alios scribit: Imaginationem in coitu dissimilitudinem parere. Alph. à Carranza Hispan. *tract. de part. natur. & legit. cap. 17. n. 91. vers. primus imaginationis, pag. 656 & seq. & cap. 20. n. 53 & seq.*

8 Illud † certum est, id quod inest gignenti, vi imaginatrice, aliquando in Nepotem transferri, filio non participante. 9 Habentis † enim, *ait,* Aristoteles *lib. 7. histor. animal.* musti puncti notam in brachio, filius sine eâ notâ natus est, ex eo verò Nepos eodem in loco brachii nigritricem quandam confusam retulit. 10 Et hoc † est, quod de Dacis scriptum, quarto patru Originis notam

reddi

reddi in brachio. Nam Daci & Sarmatæ corpora sua inscribebant: Constatq; etiam in Lepidorum Gente tres intermisso ordine obducto membranâ oculo, genitos. Plin. *lib. 7. Natur. histor. cap. 11. in fin & cap. 12. in princ & lib. 22. cap. 1* Conf. Carranzam *d. cap. 20. n. 70* Julius † verò Firmicus *lib. 5*. Mathesaliam, (sed rejectam à Carranz. *d. cap. 20. nu. 56.*) & quidem hanc assignat causam: Si, *ait*, Luna & Saturnus & Mars fuerint in æquinoctialibus signis in hominis genitura, quod notis quibusdam totum corpus immaculent: aut corpus possideat serpens molliter impetigo: aut minutis squamis condentibus exasperatum corpus scabies diuturna quasset, aut lepra.

22 Sed † cum plures aliæ hujus rei causæ esse possint, & perhibeantur etiam a Nicol. Bellermontano (alias Christoph. Forstnero) *dissert. polit. 52. n. 5 & seqq* illuc me remitto: sequor tamen interim Carranzam *d. tract. cap. 20. n. 57 & seqq.* dum junctim triplicem hujus similitudinis constituit causam, primam ordinariam, quæ regulariter agit, & simile producit, nisi impediatur, in semine ipso paterno consistentem: alteram secundariam, à temperamento procedentem; tertiam deniq; Extraordinariam & insolitam ab imaginatione provenientem, & tenello fœtui effigiem juxta rem imaginatam imprimentem. Hinc est, quod Hippocrat *lib. de superfœtat.* & cum illo Carranza *d. cap. 17. nu. 91 vers. Primus imaginationis modus, pag. 656.* scribat, si mulier prægnans carbones, aut quid simile comedere desideraverit, nigras in pueri capite apparituras notas. Non tamen negamus sæpissimè harum notarum causam potius supernaturalem & extraordinariam, quam solitam & ordinariam esse.

PARAGRAPHUS TERTIUS.

De Notarum, Signorum, ac Insignium Genitivorum Generibus, & quidem primò de Naturalibus & notis, & Affectibus in genere.

Sum-

S u m m æ.

1. *Vox Naturale, Genitrum & Ingenium reciprocantur.*
2. *Monocerotu insigne naturale cornu ejus*
3. *Cosmus Medices fuga advenante Florentiam Gallorum Rege, causam depraedationis cornu Monocerotis praebuit.*
4. *Cornu Monocerotis precium.*
5. *Virorum cornua non solum virium sunt Insignia, sed & Insignia cornua quaedam dicuntur.*
6. *Cervorum cornua virium insignia.*
7. *De feminarum Insubrarum concubitu cum Principibus haud impudico habito Cornibus aureis maritis, velut insignibus, excellebant, & dignitate alios antecibant.*
8. *Andronicus Imperator Constantinopolitanus, in porticibus fori cervorum cornua suspendebat, ad notandum feminas à se corruptas, maritosque Civitatis*
9. *De Affectibus Gentium Naturalibus in bonum & malum.*
10. *Homines sensu hebetes & mente obtusi: contrà qui genio & ingenio singulari, in quibus regionibus gignantur?*
11. *Athinienses gloriae cupidi, non pecuniae.*
12. *Lacedaemones quoque gloriae studium exercuit*
13. *Romani & Graeci ita gloriae avidi, ut avari magis haberentur.*
    Symmachi ab hoc abducatur auctoritas.
14. *Afriatici luxuriosi.*
15. *Boemi barbari.*
16. *Campani superbi.*
17. *Catbelani foedifragi.*
18. *Germani ebrii & potatores*
    Duri tamen laboriosi, & fortes
    Imò & pacis amantes.
19. *Galli stolidi, ingenio simplici*
    Feroces tamen in armis, bellicosi, fortes
    Imò magnanimi & firmi.
20. *Graeci leves, & fallaces:*
    Apti tamen in adipiscendis disciplinis.
21. *Hispani jactabundi:*
    Alii ingeniosi, callidi, duri.
22. *Itali astuti, delicati, vindices:*
    Imo graves, prudentes.
23. *Ligures duri, agrestes. Normanni callidi.*
24. *Sclavones homines nequam*
25. *Vt fama avosi aut omnia. sic quoque Centum laudat.*

26. *Lipsii ... de Gentium vitiis Emendationi per educationem, & optimam vitam.*

27. *Pontani de eodem sententia*

28. *De virtutibus & vitiis populorum templorum.*

29. *Scriptori hæc in re non omnino fidendum*

1 CUM † omne quod est Naturale, suo modo Genitivum, vel Ingenitū dici possit, & retrò dicam hîc breviter de putis putis notis sive Insignibus Naturalibus, quæ cum ipso animante & nascuntur & occidunt

2 Ejusmodi † sunt Primò, MONOCEROTIS cornu, quod Insigne ejus, naturale scilicet, rectè dicimus cum Philippo Cominæn. *lib. de bello Neapolit in fin pag. 779 & seq.*

Rex, *ait*, priusquàm iret Florentiam, datis literis, eum (Cosmum † Medicem) accersivit, sed ille pridiè ejus diei profugerat, cumq́ ex nostris quidam, qui & locum & hospitium regi parabat in illius ædibus, de fugâ cognovisset, cœpit illicò prædari & diripere quicquid repetisset, illatâ causâ, quod ipsius Procuratores Lugduni magnam vim pecuniæ sibi deberent. Is † abstulit inter alia *Cornu quoddam insigne Monocerotis*, pretii septem millium aureorum.

5 Dein' URORUM † cornua, quæ amplitudine & figurâ & specie multum ab Italicorum boum cornibus differunt, & in hâc nostrâ Germania gignuntur, Jul. Cæsar *lib 6. de bell Gall* Jul. Solinus *rer memor c 32.* Plin *lib 8. c 37. in pr.* insignia eorum non solùm dicimus, sed & inde Insignia cornua benè appellamus cum Godesc Stewech *comm ad lib 3. Veget de re milit. cap. 5. in verbis: Ex uris agrestibus p. 235*

6 Deniq; † huc spectant CERVORUM cornua, de quibus sequentē in modum Paul Jovius *in Eleg. lib 3.* Erat † tum (tempora Galeatii Sforziæ) vulgatum inter fœminas Insubres, nullam ex Principis concubitu fieri impudicam, earumq; maritos, qui inepti hirci videri possent, ita excellere aureis cornibus, ut dignitate cunctos anteirent. Hac † intentione post Choniatem scribit Philipp. Camerar. *cent. 1 Oper subcisiv. cap. 50. in fin.* Andronicum Imperatorem Constantinopolitanum cornua CERVORUM

INSI-

Insignia & rari aliquid habentia in porticibus fori suspendi jussisse, non ob speciem ostentandæ magnitudinis ferarum, quas cepisset. sed potius ut fœminarum, quas ipse corrumpebat, & Civitatis mores notarat. De aliorum brutorum animantium, terrestrium, aquatilium & volatilium cornibus & notis naturalibus, earumq; generibus & mysterio, vid. Plin. *d. lib. 8. c. 37. in princ.* Phil. Camer. *cent. 1. Op. subcis. cap. 57 pag. 254. & seq.*

Affectus † Gentium Naturales, quos Græci ἤθη vocant, hic non numero, sed quorundam tantùm populorum recoligo & excuso. Sunt enim & in bonum & malum bellicæ potissimùm gloriæ causa proditi & objecti. 9

Longa † siquidem observatione notatum est, eas regiones, quæ cœli clementia, & affluenti copiâ gaudent sensu hebetes, & obtusa mente plerumq; homines gignere: quæ difficiles, calidæ & agrestes sunt, singulari ingenio viros educere. Aristotel. *lib. 7. polit. cap. 7. & ibi* Obert. Giphan *in comm. eleganter.* Polyb. *lib. 4. histor cap. 11.* Alex. ab Alex. *lib. 4. Genial. dier cap. 13.* Petr. Gregor. *lib. 4. de Republ. cap. 4. n. 13.* Petr. Sanct. Fleur. Monspeliens. *lib. Rer memorab. sui. De quarundam Gentium vitiis pag. 125.* Nicol. Bell *diss. pol. 26.* 10

Hinc Athenienses, † ut præclarè orat Demosthenes adversus Androcionem, nullius ferè rei magis cupidos, quàm Gloriæ. Nec illud, *ait*, quidem animadvertit Androcion, pecuniæ cumulandæ nunquam studuisse populum nostrum, gloriæ autem, quàm ulli rei magis, argumento est, quòd cùm aliquando plurimum pecuniæ præ cæteris Græcis omnibus haberet, eam omnem honoris studio impendit, & pecunia de suo conferenda nullum unquam periculum gloriæ causa defugit. Sic Lacedæmonios, † gloriæ studium, ut est apud Isocratem, magis, quam ullos alios homines exercuit. De Romanorum † & Græcorum, quoad gloriam aviditate, imo avaritia, constans per secula fama est, & auctoritas apud Salustium *in Catilin. cap. 7.* Curtium *lib. 9.* Polyb *lib. 3.* Cicero *pro L. Manil.* Hieronym. Orosium Lusitan. *in libris de Gloria hinc inde.* Hic est ille speciosus animi Romani, Symmacho *lib. 4. Epistol. 61.* auctore, calor, cum cele- 11 12 13

briori famâ in parte popularis favoris longè lateq; processurus.

14 Eâdem † ratione ASIATICOS luxuriosos nominat Jacob. Menoch *de arbitr. judic quæst lib. 2. cent 1 cas 57 n 51.*

15 BOEMOS † hæreticos, Joan. Boemus *lib. 3. de Morib. Gent cap. 16 in fin.*

16 CAMPANOS, † Cicero *Orat. 6 contra Rullum, in fin* Petr. Sainct. Fleur *d. lo.* Superbos indigitat.

17 CATHELANOS † fœdifragos. Nicol Boër *decis 179 nu 8.* Menoch *d. cas 57 n. 51.* Sigism. Scaccia *lib. 2 de judic cap. 7 n. 723.*

18 GERMANOS † ebrios & potatores, Tacit *de morib. German. cap. 4 22. & 23.* Boëm, *d. loc. cap. 13 pag 258* Just. Lips *cent. 1. Epist. 22.* Joan Bodin *in meth histor cap 5 pag 87.* Herm. Lather *lib. 1. de censu cap. 10. n. 29.* duros tamen laboriosos, & fortes, Tacit *d lib cap. 3. vers sexcentesimum, usq. ad vers. At Germani.* Jul. Cæsar *lib 1 bell. civil. cap 21* Flor. *lib. 4. de Gestis Rom. cap 2.* Francisc. Irenic. *lib. 4. Exeg. Germ cap 6. & seqq.* Phil Cominæus *lib. 8. comm. pag 625.* Reinet. Reinecc. von der **Meißner Herkommen** *pag. 55 & seq.* Frid. Hortleder *lib 1 de caus bell Germ. cap 14. pag. 74.* Imò & pacis amantes, ac dulcedine ejus gaudentes, & fide præstantes · post Vellej & Tacit. Michael Piccart. *decad. 6. obs histor. cap. 10 pag 312.* Petr. Sainct. Fleur *d. loc p. 224.*

19 GALLOS † stolidos, seu ingenio simplici, ac barbaro, atq; ostentatores Menoch. *d cas 57. n 50.* Adam Keller *lib. 2. de offic jurid polit. cap 9 in princip* feroces tamen in armis, bellicosos, fortes, Tacit *in vit Iulii Agricol cap 11 vers. in deposcendis periculis, pag 64. Et vers Nam Gallos, pag 66.* & utrobique Matth Virdung. *in comm.* T. Quintius Conſ. apud Livium *lib 8 ibi · ferox natio pervagata bello prope urbem* Beat. Rhenan *in Tacit German c 4 ubi hunc Livii locum ad Germanos transfert* Barth Chaſſan. *in Catal. glor. mund part. 12. consid. 16.* Reinecc. *d loc pag 48* post Polyb Plutarch Justin. & alios. Christoph Forstner. *in not polit ad Tacit lib 4. Annal. in verb. Pacem exuere, &c pag 396.* & magnanimos & severos dicit Amm. Marcellinus, ac cum eo Piccart. *d decad. 6 cap. 10. pag 312.*

20 GRÆCOS † leves, & ad fallendum pronos produnt · inde prover-

proverbium: Græca fides, Chaſſan. *d. loc.* Scacc. *d. lib. 2. de judic. cap. 7. n. 723.* Sunt tamen Græci aliis aptiores in adipiscendis disciplinis, imò & Galli: post Cælium Rhodiginum *lib. 18. Antiq. Lect. cap. 18.* Scacc. *d. loc. n. 723.* Jo. Boëmus *d. lib. 3. cap. 21. pag. 342.*

Sic HISPANI † jactabundi habentur: Chaſſan. *d. loc.* Menoch. *d. cons. 57. n. 52.* Scaccia *d. cap. 7. n. 723.* Imò ingeniosi, versuti, callidi, duri ac pares: post Justin. *lib. 44.* Petr. Gregor. *lib. 18. de Republ. cap. 1. n. 19.* Keller. *d. cap. 8. in pr.* Scacc. *d. lib. 2. c. 7. nu. 723.* Petr. Sanct. Fleur. *d. loc.* 21

ITALI † astuti, deliciis dediti, vindictæ cupidi, ad quælibet lucra studiosi, hypocritæ: Adam. Keller *d. lib. 2. cap. 9. in pr.* Imò & graves, prudentes & sapientes, ex quo incolunt meridianas regiones: Chaſſan. *d. consid. 16.* Scacc. *d. n. 723.* 22

LIGURES † montani duri & agrestes: ac *Lombardiam incolentes*, ut & *Normanni* versuti & callidi: Scacc. *d. lib. 2. cap. 7. nu. 723.* post Cicer. *Orat. 16. contra Rullum, in fin.* Petr. Sanct. Fleur. *d. loc. pag. 225.* 23

SCLAVONES † denique hominum nequiores: SICULI acuti, & SYRI avari judicantur. post Chaſſan. & Menoch. Scacc. *d. lib. 2. cap. 7. n. 723.* 24

Sed ut † famâ constant omnia: sic quoque non ex natura solùm, sed & illa, populorum laudes, affectus & labeculæ constant. Galliam † ecce, inquit Lipsius, *cent. 1. Epist. 22.* cogitas? levitatem & vanitatem etiam, quæ in pleraque ea (omni, falso dicam) gente. Italiam? protervíam in ea & libidinem. Hispanias? typhum quendam & Africanum fastum. Germaniam? commessationes & ebrietatem. Advigilandum igitur & jam ante seriò providendum, quæ vitia cognata & amica cuique genti, ad hoc scilicet, ut emendentur: vel, † ut est apud Polybium *lib. 4. histor. cap. 21.* molliendum quidvis, quo possit durum illud, atque ingratum animi robur cultura morum mansuefieri & mitigari. Adam. Keller. *lib. 2. de offic. jurid. polit. cap. 9.* 25 26 27

Plura † de natura populorum, virtutibus & vitiis, qui scire, legeréve cupit, adeat Alex. ab Alexandr. *lib. 4. Genial. dier. cap. 13.* 28

Joan Bodin *in method histor. cap. 5. per tot. ubi late & eleganter.* Petr. Gregor *lib 4 de Republ cap. 4 num 1. & seqq* Bellermontan.(vel potiùs Forstner.) *disser polit 52 ubi latissime & eleganter.* Joh. Boem. *lib 3 de Moribus Gent cap 16 in fin* Petr Sanct. Fleur. *d.loc. pag* 224. 29 *& seq.* Non † tamen hac in re omni scriptori, & in universum cujusvis generaliter fides habenda, eo, quod plura confecta sint contra nationes peculiari odio scribentium, vel temeritate judicii. Vid fusius Petr Gregor *d lib. 4. de Republ. cap. 4. n* 12.

Illud hic probè notandum, habere in universum omnes homines tàm bonos, quàm malos à natura certa indita, & in aspectum ex ipsa corporis constitutione incurrentia signa, quorum intutu mens, moresq; pateant. Eleganter Camer. *Oper. subcis. cent. 1 cap* 57. ubi insigne exemplum Juliani Apostatæ, & aliorum adducit, *& cent. 2 cap* 3.

PARAGRAPHUS QUARTUS.

De Genitivis Gentium quarundam Notis in specie.

SUMMÆ.

1. *Lusus Naturæ quandoq; suaves*
2. *Dacii Oreum notam in brachio gestarunt.*
3. *Spartanorum signum genitivum Lancea.*
4. *Britanni olim signari animalibus in.*
5. *Lusitani in Indiis Orientalibus, certâ generatione Incolas repræsentant*
6. *Causa hujus repræsentationis variæ à scriptoribus adducuntur, quarum haud postrema hic ponitur.*

1 LUsus † naturæ, ut hac in re sunt admiratione digni: ita quo-2 que suavitate suâ non destituuntur. De † DACIS prodidit Plinius *lib. 7 Natur Histor cap 11 in fin.* Guiliel Budæus *lib 3 de Asse,* ubi de intellectu illius Plinii *loci,* Tiraquell *tr de Nobil. cap 6 nu.* 20. Alphons a Carranza *tr de partu natur & legit cap 17. n. 19. vers. Primus imaginationis* Caspar Bauhin. *lib 1. de Hermaphrod. c 11 pag* 126. Beroald. *comm. ad Sueton. in Octavii cap.* 80. *pag.* 302. Piccart. *decad 1. obser.*

obser. histor. cap. 7. pag. 48. eius Originis notam, uti etiam suprà diximus, in brachio fuisse, eamq; quarto partu regenerari solitam. De SPARTANIS † auctor est Aristoteles *lib. de arte Poetica*, eos signis quibusdam ingenitis, velut lanceâ ornatos, quam terrigenæ gestare soleant. Statim enim ubi ex terra prodierint, lanceatos fuisse. Piccart. *d. decad. 1. cap. 7. in princ.* Carranza *d. loc.* 3

Sic de BRITANNORUM † stigmatibus, punctis & picturâ testis est Tertullianus *lib. de velandis virginib.* Tiraq. *tract. de Nobil. cap. 37. n. 161.* illam his, in Gallia supra Ligerim hospitibus, solenniter certis notis inustam fuisse. Laurent. Beyerlinck. *tom. 4. Magn. theatri vitæ human. lit. I. voc. Insignia, tit. Signa, arma, impressa, § Populorum pag. 324.* 4

Illud memorabile est, LUSITANOS, † Indias Orientales inhabitantes, tertiâ generatione, colore corporis, habitu, morumq; inclinatione, Indos ferè naturales repræsentare. 5

Sed † cùm situs hoc per se efficere non possit, variæ adducuntur causæ, inter quas haud postrema est, quæ à cœlestium conversionum siderationumq; vi ducitur: atq; ideò quidam putant, omnium certissimam ad constitutionem Gentium, atq; dispositiones rerum moralium intuendas & percipiendas, verâ signaculorum cœlestium inspectione, & naturatû hieroglyphicarum Cœli imaginum contemplatione dari solere; quæ inprimis in hæc inferiora, & præsertim hominum temperaturas atq; complexiones agant. 6

De hac, & aliis pluribus causis huc adduci solitis, fusè tractantem videre licet Nicol. Bellemont. (aliàs Forstner dictum) *d. dissert. polit. 52. n. 3. & seqq. pag. 121. & seqq.*

PARAGRAPHUS QUINTUS.

De Gentivis singularium quarundam personarum, Regum scilicet, Principum & Heroum signis, notisvé.

SUM-

SUMMÆ.

1. *Imperator adolescens pulcherrimum, & cœleste miraculum.*
   Augusti Imper. oculis divinum quiddam inditum vigor.
2. *Principes a Deo cœlestibus, naturalibus & genitivis donis, notisq; condecorari solent.*
   M. Terentius Eques Romanus ad hoc, dictum.
3. *Seleucus mater Laodice nubens Antiocho, concubitus somnio habuit Annulum Anchorâ insignitum.*
4. *Annulus hic posterâ die non solum in lecto inventus sed & eius figura in femore Seleuci filii.*
5. *Seleucus Originis memoriam, condendo urbem Antiochiam, campoq; vicinus Apollini dicando, posuit.*
6. *Seleucus originis argumentum, Anchoram in femore, naturalem generis notam habuit, eaq; etiam in posteris mansit.*
7. *Theseus ab insigni corporis nomen accepit.*
8. *Tiberius Imperatoris nota naturalis, oculis pregrandes, quibus & in tenebris vidit.*
9. *Plinii de hoc oculorum visu iudicium & an pro vitio oculorum habendum?*
10. *Causa, quod oculi quorundam in tenebris videant, quæ?*
11. *Oculorum & ac restitu desicentia quandoq; est sine miraculo, quãdoq; cum miraculo.*
12. *Scaligerorum Heroum laus.*
13. *Scaligeri, Iulius Cæsar & iosephus, habuerunt oculos χαροπούς.*
14. *Angliorum Regis Iacobi nota Genitiva quæ?*
15. *Ioannis Fridericus, Ducis & Electoris Saxoniæ nota genitiva Imago crucis ignea, flammas disspergentis.*

1 UT pulcherrimum † & cœleste miraculum Imperator adolescens, in quo illa, quæ jam summa est fortitudo, adhuc tamen crescit, in quo ille oculorum fulgor, hæc veneranda pariter & grata Majestas, perstringit simul & invitat aspectus: Auctor Panegyr. *Constantino Constantii filio dictis apud Plin. Secund. in calce*, *pag.* 639 Cont. Sueton *in Octavio cap.* 79 *ubi de oculis claris & nitidis* 2 *Augusti, quibus divini quiddam inesse vigoris scribit* ita † quoq; a supremo omnium rerum numine, nunc cœlestibus donis, nunc naturalibus & genitivis insignibus notisq; condecorari communiter solent Principes, & reverentiæ & potestatis nomine. Eleganter Camerarius *d. cent.* 1. *cap.* 57 *per tot.* post Sueton. Plin. Secund. & alios & rursum *cent.* 2 *cap* 6 ubi omninò videndus. Quare appositè M. Terentius Eques Romanus apud Tacitum *lib.* 6.

Anna-

Annalium Non est, *ait*, nostrum æstimare Tiberi Cæsar, quem supra cæteros, & quibus de causis extollas: Tibi summum rerum judicium D I dederunt, nobis obsequii gloria relicta, abditos Principis sensus, & si quid occultiús parat, exquirere inlicitum, anceps, nec ideó assequare.

De S e l e u c o † auctor est Justinus *lib* 15 *cap* 4 *pag. (mihi)* 3 142. Appianus Alexand. *in Syria* *pag. (mihi)* 189 Ausonius *in urbium Catalog ubi de Antiochia & Alexandria*. Tiraquell *de Nobilit. cap* 6 *n*. 20 Casp. Bauhin *lib* 1 *de Hermaphrod cap* 11 *vers Nam non solum, pag (mihi)* 125 *& seq* Alphons. à Carranza *de part. natural & legitim cap* 17 *n* 91. *vers Primus imaginationis* Petr. Gregor *lib* 6. *de Republ cap* 16. *n* 4, Piccart *d. decad* 1 *obs hist or cap* 7 *pag* 46, matrem ejus Leudicem, cùm nupta esset Antiocho, viro inter Philippi Macadonum regis clarissimo, visum esse sibi per quietem, ex concubitu Apollinis concepisse, gravidam factam, munus concubitus, annulum à Deo accepisse, in cujus gemma Anchora sculpta esset, jussamq; id donum filio, quem peperisset, dare. Admirabilem † hunc visum fuisse, & Annulum, qui posterâ die, ejusdem sculpturæ in lecto inventus est, & figuram Anchoræ, quæ in femore Seleuci, cum ipso parvulo nata fuit. Quamobrem † Laodice annulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Persicam militiam, edocto de origine sua dedit, ubi post mortem Alexandri occupato regno Orientis, urbem condidit, ibiq; geminæ Originis memoriam consecravit: Nam & Urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit, & campos vicinos Apollini dicavit, originisq; † ejus argumentū etiam in posteris mansit. Siquidem filii Nepotesq; ejus Anchoram in femore, veluti naturalem generis notam habuére. 4 5 6

De T h e s e o † auctor est Plutarch. *in eod.* cum insigne, nescio quod, in corpore habuisse, unde illi nomen Theseo. Tiraq. *d tr de Nobil. cap* 6 *n*. 10. 7

Habuit † & T i b e r i u s Imperator ejusmodi notam naturâ concessam & ingenitam. Oculis enim fuit prægrandibus, & qui, quod mirum esset, etiam noctu & in tenebris viderent, sed ad 8

breve & cumprimum à somno patuissent, demum rursum hebescebant. Sueton *in Tiber cap* 68. Jacob. Menoch *de arbitr judic. quæst cas* 525 *num* 13 *ubi* Tiberii oculos caprorum, felium & luporum similes facit, hodieq; plane non inveniri dicit.

9 Et † quamvis Plinius *lib.* 11 *cap* 37. disertè neget, ulli alii genitorum mortalium hanc fuisse naturam. Constat tamen ex scriptis veterum idem hoc pro oculorum vitio habitum, unde Dio Cassius *in Tiberio* [illegible] nominat, medicorum nonnulli [illegible], cujus proprium esse scribunt [illegible]. Verum [illegible] aliter alios interpretari auctor est Isaac Casaubon *animadvers in Suetan lib* 3. *pag* 153 *vers.* 35 *oculis, qui, &c cum*

10 *versu seq* ubi † hujus miraculi causam ad naturam calidiorem & igneam transfert, exemplo proprio, & aliis probat, atq; sic judicat rem esse vulgarem habendam, quæ & plerisq; accidat: vel, ut ibidem M. Anton. Sabellic *in paraphras.* retur: Rem penè incredibilem dictu, sed quæ in quibusdam verior vero sit, & sibi teste Deo Opt. Max. sæpius accidisse. Michael. Piccarr *d. decad.* 1. *obser. hist cap.* 7 *pag.* 47. *& seq.*

11 Pro † conciliatione tamen cum Casaubono *d loc. vers* 36 *sed ad breve, & cumprimum à somno patuissent, pag.* 152. ita habendum, lucem hanc, vel potius resplendescentiam, quandoq; morulam aliquam facere, sed non ita frequenter, & quæ sit diuturna. Verum cum diutius aliquis luce illa fruitur, & in tenebris videt, legit, taliaq; præstat, tum id jam non rrar starium, sed planè miraculosum esse. Atq; hujusmodi Tiberium Imp. oculos, forsan & Asclepiodotum Philosophum, cui Proclus Præceptor, habuisse perhibet. Hic enim in densis tenebris & adstantes dignoscebat, & literas legebat, teste Photio *in Bibliotheca*, qui tamen non dicit, evigilanti tantum hanc illi adfuisse facultatem, ut pateat, diversam ab illa rem esse.

12 Huc † Scaligerorum Heroum, quibus mortalitas corpora abolevit, quo beatissimæ eorum mentes cœlum æterná, nominis relictâ post se gloriâ repeterent, respicere videtur No-

13 ta. Habuit † enim uterq; & Julius Cæsar parens, & Justus Josephus

phus filius oculos χαροπὸς, hoc est, quod experrectis de nocte li-cuerit, videre per horam vel amplius, objectâ non luce quidem clarâ, sed instar crepusculi, quod Græcis λυκόφως, idq; ad annum duntaxat vigesimum tertium. Ita Julius Cæsar Scaliger de seipso *comm in I de histor. animal* Joseph. Scalig *in vita patris & confutatione Fabulæ Burdonianæ.* Casaubon *in d. Animadvers. in Sueton. lib 3. vers 36. Sed ad breve, & cum primum a somno patuissent in fin pag 152.* Piccart *d. decid 1 c.7. pag. 47.* Camer. *cent. 2 oper subcis cap. 8 in fin.* ubi cæruleis oculis hoc tribuit.

De † Anglorum Rege (credo) JACOBO, ex relatu fide di- 14 gnorum hominum se cognovisse refert Philip Camerarius *cent 3. oper. subcis cap 41 pag. 143*, quod ex utero materno, certa signa, regia non obscura recens natus, Leonem & Coronam, (addunt alii Gladium,) in corpore impressa protulerit. Quales notas maximas res portendere, explicationemq; majorem desiderare, non habet dubium.

Hujusmodi † nota Genitiva est, quam congenita Imago 15 igneæ, sive flammas de se spargentis crucis, à tempore nativitatis suæ JOANNES FRIDERICUS, Dux & Elector Saxoniæ, velut ut multatum pro divini nominis gloriâ perpessarum ærumnarum & constantiæ tenuit signum. Nam postquam prælio a Carolo V victus, quamvis moriendum sententia Cæsaris, & captivus esset, & Imperator Augustæ Vindelicorum ejus Electoratum, ipso præsente, & è fenestra spectante, in Mauritium transtulisset: (dolores supra humanæ mentis captum, majores) attamen in vera Evangelii confessione constanter perstitit. Quod ipsum prædicta aurei coloris crux in nascentis dorso, & vox cujusdam Mystæ Senioris, qui illa visa, puerum hunc crucem toti orbi conspicuam gestaturum prædixerat, longè ante vitæ illi cursum præfiguravit, ejusq; terminium hoc fuit, quod mater Sophia die post partum duodecimo extincta est. Joan. Wolffius *in dedicat tom 1. lect memorabil pag 16.* post Chron Saxon Chytræum *in Chron Arctoo.* & Augustin Brunnium *in tract Elect* Elias Reusner *in Geneal. stirpis VVitdekindæ secunda, pag. 283.* Abraham Bucholtzer *in Indice Chro-*

ex Chronolog & cum illo Philipp Camer cent.3 oper subcis cap 42 in fin pag 146 Joan Kitzel tract de jur manet class 1 theor.1 lit k pag 16 Piccart.decad 1 obs histor pol cap 7 pag.48.

PARAGRAPHUS SEXTUS

De Gentitiis Gentis ac Familiarum Illustrium Notis, signisve. ut & Affectibus.

SUMMÆ.

1. *Notæ gentitiæ a singularibus personis ad familias descenderunt.*
2. *Albanorum gens glauca oculis fuit*
3. *Demonstrana ex genere deas fluxerunt familiæ.* *Amabardi a capillo ari similis nomen accepere, mansitq; hoc in posteris insigne.*
4. *Charidea progenitorum insigne in brachio habuit.*
5. *Draconteæ gens suum quoq; in corpore habebat gentilitium insigne.*
6. *ConZanorum regis i corporis natum Aquilam nigram monstrarunt in humero.*
7. *Habsburgicorum Comitum signum gentilitium, crucem auream, ad ill pilosi candidam modum scutis in dorso exhibebat.*
8. *Austriæ Archiducis natura insignibiles.*
9. *Mentum aristo oblongiore Austriacis in utroq; sexu est familiare.*
10. *Mentum oblongum animi pii placidi & constantis indicium.*
11. *Austriacorum familia non agnoscit Tyrannos.*
12. *Familiarum obscura scilicet mobilis est.*
13. *Affectus hominum in una familia existentium affines sunt gentitiis familiarum notis*
14. *App orum Afinatum & aliorum affectus qui?*
15. *Affectus diversi non ab ex temperamenti diversitate, quam educationis modo sunt.*
16. *Infantis in regno sua quoq; insunt signa & nota.*

1 QUamvis † hæ, de quibus hactenus diximus, notæ singularium ab initio personarum fuerint, postea tamen Familiæ cujusq; factæ sunt communes, ita, ut postquàm à Majoribus in Minores transplantatæ originis argumentum etiam in posteris manserit. Justin *d lib 15 cap 4 ubi de Seleuco.* Tiraq *d tr de Nobil cap. 6. n* 20. Piccart *d decad 1 cap 7 pag* 47.

2 De tota † ALBANORUM gente scriptum legimus, eam glaucam

glaucam oculis, id est, pictam habere pupillam, adeò, ut nocte plus quàm die cernat Solinus *rerum memorab cap* 20 Isaac Casaubon *adverf in Sueton lib* 3 *verf* 35 *oculis, qui pag.* 132 ubi tamen ejus rei fidem vult esse penes auctorem.

Sic ex † Gente DOMITIA duæ familiæ claruerunt CALVINORUM & ÆNOBARDORUM Ænobardi auctorem originis, itemq; cognominis habuerunt L. Domitium, cui rure quondam revertenti, juvenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur, nunciaret Senatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat. atq; in fidem Majestatis, adeò permulsisse malas, ut è nigro rutilum æriq; assimilem capillum redderet. Quod insigne mansit & in posteris ejus, ac magna pars rutila barba fuerunt Sueton *in Neron. cap.* 1 *& ibi* Phil. Beroald. *in comm. pag* 630. 3

De CHARICLEA † Hydaspis Æthiopiæ Regis filia tradit Heliodorus Phœniceus *lib histor Æthiop* 10. *ad ult.* & post eum Tiraq *d c.6 nn* 20 Piccart. *d. decad.* 1. *cap.* 7. *pag.* 45. habuisse illam insigne progenitorum in brachio, quod quidem nigrum erat & rotundum instar lapidis Hebeni, ex quo etiam est agnita. 4

Qui ex † Gente DRACONTEA erant gentilitium in corpore insigne habuisse, auctor est Hyginius *Fabular. cap.* 72. Tiraq. *de nobil cap* 6 *n* 20 5

Monstrârunt † & CONZANORUM in Asia Reges progenierum suæ familiæ in corpore nævum Scribit enim Marcus Venetus in Itinerario, naturam omnes hos Aquilæ nigræ insigni quàm primum de utero matris suæ producuntur, ornasse in humero, indeq; licet sub Tartarorum rege sint, se tamen aliis terræ Regibus nobiliores jactare, & per dies vitæ hoc imperiali signo insigniri Meminitq; hujus nativæ maculæ Felix Malleol. *de nobilit. cap.* 26. Felix Fabri Monach. Ulmens. *lib.* 1. *Histor Suev cap.* 15. *pag* 175. Philipp Camer *cent* 3. *oper subcis. cap.* 42. *pag* 145. Mich. Piccart *decad* 1. *obs histor. cap.* 7 *pag* 48. 6

Ast multò † illustrius innatum COMITIBUS de HABSPURG signum est, de quo etiam famam publicam in vulgo esse, 7

seq; ab ineunte ætate, quamvis literis proditum non [illegible] audivisse scribit Felix Fabri *d lib 1 cap 15 pag 175.* & post hunc [illegible] dubitans Camerar *decent 3 cap 42 pag 145* Joan Limnæus *d. [illegible] jur publ cap 2 n 3*, eos scilicet ab utero matris suæ crucem auream in dorso exhibere, id est, pilos candidos in modum crucis aureæ protractos.

8 AUSTRIACI † hic mihi silentio involvendi non sunt ARCHIDUCES, quod serenissimam eorum familiam ipsa quoq; natura exteriori nota insignes, ac primo statim aspectu noscibiles 9 reddere voluerit. Est † enim rarum singulare ac notabile in Austriacorum Principum familia MENTO naici oblongiore, prominentioreq;, non tamen indecenti, sed cujus forma vultum Principis gravi quadam Majestate decoret, intuentibusq; reverentiam conciter, eaq; tam genuina his Principibus à proavis, atavisq; nota est, ut præter masculos fere omnes, etiam fœminæ plurimæ hac insigniantur.

10 Est autem † Mentum oblongius, pii, placidi, constantis, & minimè turbati animi indicium, ut post Aristotelem, Palæmon declamator, & Loxum Medicum, qui etiam de Physiognomia scripserunt, docet Dn Matth. Bernegg *diatribe 6 in Sueton Cæsar. cap 45 lit C thes 1* & cum hoc Joan Limnæus *d lib. 5 de jur publ. c. 2 num 3*

11 Atq; † hinc est, quòd sicut hæ virtutes & dotes magnæ & eximiæ sunt, Principesq; viros vehementer condecent & exornant: ita quoq; in hac Austriacorum familiâ nullum inventum fuisse Tyrannum perhibetur. Herm Kitchner *lib 2 de offic & dignit Cancell cap 5 n 83* Joan. Lymnæus *d lib 5 cap 5. n 4 & nu seqq. ubi plurib in ejus laudem.*

12 Religioni † deniq; hic habeo cum Caspar Bauhino *lib 1 de Hermaphrod. c 8 pag 80 & seq* post Cæl Rhodig Illustrium familiarum & personarum nudare genua, innatasq; Coleorum apud Venetos, aliorumq; detegere notulas. Silete enim cum Euripide *in Trojadibus* obscura melius est.

13 Affines † his Familiarum illustrium notis sunt *Affectiva*, ex quibus

quibus in familiis homines molitie, duritie, mansuetudine, ac ferocitate differentes procreantur & propagantur.

Ita apud † Romanos APPII truces ambitiosi, superbi & adversarii plebis habiti. ASINII feroces audiebant: BRUTI constantes dicebantur: CASSII severi & tristes: CLAUDII superbi: & ideò a Tacito insita Claudiæ familiæ superbia vocatur FABII patriæ amantes HORTENSII eloquentes: LÆLII passim ut hilares commendantur: MANLII omnes severi & duri: PUBLICOLÆ sive VALERII benigni & populares SCIPIONES denique ambitiosi & bellicosi laudantur Confer pluribus Piccart *dec. 6 observ histor cap. 10 sive ult pag 311 & seqq* Nicol Bellermont. alias Christoph Forstner. *dissert pol 52 n 2. pag. 219. & seq.*

Quæ † res sanè, (cùm aliarum familiarum peculiares quidam mores & animi affectiones extiterint) non tantummodo ex temperamenti diversitate ob matrimoniorum varietatem, provenire potest; sed maximam partem ex modo educationis diverso, quem singulæ habent familiæ, pendet Plurimum enim interest, ait Bellermont, *d loc* ut à teneris annis, hisce aut illis moribus assuescas, & de re quapiam sentias benè aut malè Nam quæ in ipsa ætate tenera imprimuntur animis opiniones de quibusq; rebus, eæ solent ad seram usq; ætatem perdurare, & ex eo, quo in teneris annis animus fuit imbutus, solent homines rerum naturas metiri Quin et † res notior est, ait Philipp Camer *d cent 3 cap. 42 pag 145* ut etiam nunc taceam, peculiaria signa notasq; infantibus regiis & illustrioribus inesse.

PARAGRAPHUS SEPTIMUS

De Gentilitiis Regum, Principum & Heroum sanandi morbos donis, peculiaribusq; Gentis sive familiæ notis aliis.

SUMMÆ.

1. *Signa gentilitia Græcis συγγενῆ sive συγγενικὰ dicta.*

2. [illegible]

2. Marsorum in Italia Gentis vis genitalis erat dominare serpentes, ... hos miracula facere.

Psyllorum in Africa ingens facultas contra venena.

3. Cleopatra mori ex Aspide

4. Galliae Reges legitime succedentes in regno certis ceremoniis adhibitis strumas curant singulari Dei beneficio.

5.-19 Struma quid?

6. Origo curandi strumas alia a sanctitate Marculphi, qui post Clodovaeum, temporibus Clotarii I I vixit duxitve

7. Alia ab ipso Clodovaeo Lanicetum armigerum suum strumis laborantem, curante, idq; occasione visionis per quietem sibi facta

8. Strumas sanandi facultatem ad posteros Reges Galliae Clodovaeus transfudit

9. Forcatuli modestia excusat, ... opinione quam de origine strumarum concepit.

10-11. Causa curae strumarum non est ... Gallice ... sed Dei ... Opt. Max. bon ... & gratia.

12. D. Ludovico Galliae Regi divinitus tributa est sanandi strumas gratia & quid de ... brachio?

13. D. Ludovicum voluit medelam hanc tactu regi ... signo crucis, & quare?

14. Philippus Pulcher rationem tangendi strumosos filium docuit, ... sanctitatem requisivit

15. Ex recentioribus Galliae Regibus, quinam hoc sanandi beneficio praediti?

16. Duo ab hoc donum, Rege etiam in captivitate & extra Galliam constitute

17. Solum Galliae Regem strumosos curare, opinatur Forcatulus.

18. Angliae quoq; Reges strumosos curant.

20. In posteros Regum Angliae haec medela durauit cum suis ceremoniis

21. Ex Gallo Rege an hoc in strumo in Eduardum sit derivata?

22. Angliae Reges Elephantiasin & comitialem morbum Annulo sanant, & quâ occasione?

23. De Annuli huius consecratione.

24. Annuli, per quos curantur morbi origo est à Iosepho Antiatheo

25. Eleazarus his annulo in curando usus

26. 27. Hispaniae Reges morbo strumarum agrotantibus salutem conferunt & daemonia expulisse

28. ... Habsburgicus strumosos curandi donum divinitus ...

29. Syriae ... & strumosi causa ... & magnitudo

30. Archiduces Austriae balbutientes osculo reddunt disertos

31. Masculorum septimum continuas ... in lucem editus, strumas solo attactu curat.

32. Mattan... familiae speciale quid faciat?

Sunt

SUNT † & alia signa gentilitia, Græcis *[illegible]* sive *[illegible]* dicta, e quibus certæ familiæ, vel prærogativâ aliquâ, vel aliâ aliquâ notâ dignoscentur. Conf. *sup.* § 1. n. 10.

Erat † enim celebris olim, sed quæ dudum funditus intercidit MARSORUM in Italia gens, à Marso Circes filio orta. Hæc serpentes vi quadam genitali domitare, & incantationibus herbarumq; succis medelarum miracula facere solita fuit, ut in Africa Psyllorum, ad sugenda venena, ingens facultas extabat. Videatur omninò Aulus Gellius *lib. 16 Noct. Attic. cap.* 11 *& ibi* Petr. Mosellan. & [illegible] *& nota.* Steph. Forcatul. *lib. 1 de Gall. Imper. & philosoph. pag.* 131. ubi adhoc insuper Cleopatram † Aspidem brachio sinistro admoventem, ut ejus morsu dulciter periret, introducit.

De † Christianissimis GALLIÆ Regibus, constans fama est, raro quodam Dei privilegio eis concessum esse, ut si morbo chæradum sive strumarum (quæ † nihil aliud sint, quàm glandulæ induratæ, juxta Papir. Masson. *li. 3. Annal.*) infectos Rex legitimè in Regno succedens, ac antiquis & receptis ceremoniis coronatus, manu tetigerit, verbis aliquot certis & solemnibus recitatis, velut Tangit te Rex, Sanet te Deus, valetudinem recuperent. Joan. Tilius *in comm. rer. Gallicar. de sacris Regum, Regnarumq; & eorum coronationibus, lib.* 2. Ant. Mizald. *cent.* 3 *memorab. n.* 66.

Originem † hæc res post Clodovæum duxisse scribitur à sanctitate B. Marculphi, cujus precibus tantum Galliæ Regibus impetratum beneficium, ut memoriæ ergò ejus templum in Laudensi agro situm Reges postquam uncti sunt, invisere soleãt. Hic Marculphus apud Bajocasses in Lugdunensi secundâ, quæ Neustria & Normannia est, nobili loco natus Clotarii II. & Childeberti temporibus vixit, secundùm Sigebertum *in Chron.* testibus Morale *part. 3 lib. 13. cap.* 49. Robert. Cœnale *hist. Gall. lib. 1. descript. Gall. perioch.* 14 *fol.* 110 Nangio *in vita Ludovici*, & cum his Jacob. Valdes. *d. dignit. Hispan. cap.* 16 *n.* 10.

Altius † huic beneficio ponens initium Stephan. Forcatul. *lib. 1. de Gall. Imper. & Philosoph. p.* 128 *& seqq.* ad Clodovæum transfert

D

fert exo[illegible]; Cùm enim, *ait*, huic intimus & fidelissimus v[illegible] armiger Lanicetus, strumis morbo tàm fœdo, quàm pertinaci concretis circa guttur glandulis tumentibus, correptus esset: cumq; rusticorum experimento Cornel. Celsus *lib. 5 de re medic. cap.* 28 admonuisset, si quis anguem ediderit, liberari, idq; frustrà bis tentatum esset, & medicina insuper herbis, & ferro adurente armata, ac vi morbi toties superata præ pudore delitesceret, per quietem visum est Clodovæo Regi se guttur Laniceti permulcere, & attrectare, ac confestim cœlestem splendorem rutilis flammis totum [illegible] impleri, & ibidem Lanicetum nullius cicatricis nota remanente, sanum & integrum evadere. Lætior solito Clodovæus, & pro amici salute anxius, cum primum diluxit, lugens Deo primum operatus, periculum fecit, an tactu suo morbum avellere quiret, ut quidem accidit plaudentibus omnibus, & Deo gratias agentibus dulcissimo hymno, & pro re nata ac-8 commodato. Atq; † hanc strumas sanandi sacram facultatem Clodovæus ad liberos & posteros Reges Gallorum sempiternâ 9 serie transmisit. Verùm † ne forte aliqui garriant Forcatulum hæc magis ad ostentationem scænæ miraculis gaudentem scripsisse, quàm ut verum existimet, Vespasiani, Guntchramni & aliorum prædicta comprobat exemplis.

10 Positâ ita Orig ne, causæ † quoq; ejus investigandæ sunt. Risu magis quàm memoriâ dignum est, quod quidam gloriæ Gallorum detrahentes aeris Gallici, curandis strumis salubris occasione, id evenire putant: unde necessarium foret omnes aerem mutantes, & ad regionem Gallorum venientes valetudinem 11 recuperare. Sed rectè † sentit Valdes *d. tract. cap. 16 n 9 per ibi relat.* Philipp. Camer *cent 3. oper. subcis. c 42* Dei Ter Opt Max. gratiâ id Galliæ Regibus sancto cœli oleo jam inunctis ut fidelibus, 12 obsequio deditis ac Christianissimis contigisse. quamvis † in hoc fides sit penes auctorem, quod scribit D Ludovico (puto IX.) hanc tributam divinitùs esse gratiam, quod in oppido *Poblete* Cataloniæ in Hispaniæ regionis, ubi brachium Regis veneratur, tantâ pollere vi, ut quos strumis laborantes tangat brachium illud, ad sanitatem reducat.

Ab

13 Ab hoc † Divo Ludovico additum fertur sanandi ceremoniis, ut crucis signo medela tactus regii fulciatur, ne non regiæ ... tius, quàm cœlesti majestati salutare miraculum tribuatur. Nangius *in vita Ludovici.* Forcat. *d. lib. 1 pag. 129.* Valdes. *d cap 15 nu.* 10. Camer *d. cent. 3 oper. subcis. cap* 42. Christoph. Crusius *part 2. de de Indic. cap 22 n. 38.* 14 Quare † Philippus Pulcher moribundus filium maximum Ludovicum Huttinum Regem informavit, & rationem docuit tangendi eos, qui ex strumis laborabant, exponens sancta & religiosa verba, quibus inter tangendum fuerit ... Vitæ quoque sanctitatem ad hanc tactus curationem commendavit, & ex scriptura demonstravit, non exaudiri a Deo vitiosos, neq. ab illis edi miracula, post Joan. Tilium *d. loc.* Camer. *d cent 3 cap 42 pag* 144 Forcat *d lib 1 pag. 125 & seqq* ubi egregiè docet per exempla quam studiosissime regibus cavendum, ne Dei gratia, singulari & cœlesti munificentiâ ingratissimè abutantur, néve spiritum, juxta Apostolum *1. ad Thessal* 5, extingant.

15 Prætérquam † autem quod ex recentioribus Galliæ Regibus hoc sanandi beneficio Carolus IX. quem scribit Petr Gregorius *in prælud. lib. 1. cap* 11 relatus à Valdes. *d loc* se Anno 1565. Tholosæ curam hanc peragere vidisse Ludovicus XI quem ex hoc Galliæ Regum more struma vexatos curasse refert Philipp. Cominæus *lib 9 comm* Camer *d cap 42 p* 144. & alii celebres existant 16 hoc † tamen ut observatione dignissimum, ita quoq. annotatum video, dona hæc etiam Rege extra regnum, in captivitate constituto, nihilominus exemplo Francisci I durare: imó ad eos ex ultimis Hispaniæ finibus strumosos accurrere Ferron. *in vita Francisci I pag* 103 Camer *d loc* Crusius *part 2. de indiciis, cap.* 22. *n* 38 refertq; post Cœlium Calcagninum Piccart *d. decad 1 cap.* 7 *pag* 49. vidisse se Bononiæ Franciscum I Saliva tantum pollice in decussem allita strumis mederi

17 Et † licet Forcatul *d. lib. 1. pag* 131 *& seq.* contendat: solum mortaliū Regem Gallorum, immortali medicandi dote præfulgere, & strumosis mirabili tactu opitulandi: negari tamen non 18 potest Fidei Defensores ANGLIÆ † Reges eadem sanandi stru-

 mosos

mosos facultate præpollere. Solebat enim Rex Edovardus, ait Polyd. Vergil *lib. 8. rerum Anglic. pag.* 143 divinitùs solo tactu sanare strumosos, hoc est, strumam patientes: Est enim † struma morbus, quam Itali scrophulam vulgò vocant, à scrophis, quæ eâ malâ scabie afflictantur, id est, humor, in quo subtùs concretæ quædam ex pure & sanguine, quasi glandulæ oriuntur, ac ut plurimum per pectus & guttur serpit. Quod † quidem immortale munus quasi hereditario ad posteriores Reges manavit: nam Reges Angliæ etiam nunc tactu ac quibusdam hymnis, non sine ceremoniis prius recitatis, strumosos sanant. Camer. *d. cent. 3. oper. subcis. cap. 42. pag.* 145.

Et ne † hoc ex Gallo Rege profectum putetur, sunt qui hunc Edovardum non genere Normannum fuisse volunt, sed furentibus in Anglia dissidiis fortunæ tantisper cessisse, in Normannia exulasse, & interim famæ suæ ac civium saluti consuluisse, & ex damno compendium retulisse. Forcatul. *d. lib. 1 pag.* 131.

Inest † præterea Angliæ Regibus percurandæ Elephantiásews, & comitialis morbi peculiaris quædam vis. Nam cum Edovardo, Deo longè charissimo, ac viginti quatuor annos jam optimè regnanti, allatus à quibusdam Hierosolymis venientibus esset Annulus, multâ ille veneratione in templo West Monasterii perdiù asservatus est, quod membris stupentibus salutaris, & comitiali morbo affectos tactu sanaret. Hinc † natum, ut postea Angliæ Reges in die Parasceves multâ ceremonia ejusmodi annulos induentium eos bono, & quod omninò nunquam in hisce morbis sint, consecrarint. Polyd. Vergil. *d. lib. 8 rerum Angl. p.* 143. Forcat. *lib. 7 de Gall. Imp. & Philos. pag.* 1002. Ren. Chopin *lib. 2 de Doman. Franc. tit. 9 nu.* 8. Johan. Valdes *de dignit. Hispan. cap.* 16 *n.* 12. Mich. Piccart. *d. decad. 1 obs. histor. cap.* 7. post Petr. Bizarrum *Histor. Genuens. p.* 411.

Originem † rei, virtutemq; Annuli eo descendere quidem æstumant, quod Josephus Arimathæus Angliæ hospes & patronus Dæmones ex corporibus hominum expellebat, aliosq; veneni ægritudines sanabat herbis ex fontibus librorũ Salomonis cognitis.

[illegible]epitis, cum ætate Josephi Arimathæi, & Josephi histori[illegible] [illegible] herbarum memoria, quibus Dæmones per annulos expel[illegible]ntur, vigeret. Vid. Joseph. *lib. 8. Antiq. Iudaic. cap. 2 vers. quin & [illegible]rtem divinitùs, &c usq. ad verba: quod reliquisset hominem* ubi [illegible]zari † in conspectu Vespasiani, & filiorum, & militiæ tribu- 25 [illegible]orem multos ita percurantis, admoto scilicet tali eorum nari-bus annulo, recitat exemplum. Valdes *d. cap. 16. num. 12. in fin.* For-cat. *d. lib. 7 pag* 1002. Conf. *anf. § 8 n 2 & 17.*

Regibus † etiam HISPANIÆ, hoc ægrotos sanandi immor- 26 tale munus, divinitùs à Deo Opt. Max. collatum est. [illegible] Aragoniæ Reges ægrotis morbo strumarum salutem contulisse, auctor est Beuterus *lib. 2. cap.* 50. Et quod † Hispaniæ Reges crucis 27 signo expulerint Dæmonia, tradit Chassan. *in Catal. glor. mund. part. 5. consid. 1 vers. Provisum etiam est à Deo.* Carol. Tapia *in tr. de Constit. Princip. cap. 1 n. 3* Valdes *d. c. 16 n 13.*

De COMITIBUS † HABSPURGICIS scribit Felix Fabri 28 Monach. Ulmens. *lib. 1. Histor. Suevæ 15 pag* 175. se legere in Chronicis Comitum de Habspurg, quod tantum donum gratis datum habeant, ut quicunq; *strumosus*, aut gutture globosus de manu al cujus Comitis de Habspurg potum acceperit, mox sanum, aptum & gracile guttur reportare. Idq; sæpè visum esse in valle Albrechtztaal, in Alsatia superiori, in qua sint homines natura strumosi, & passim dum adhuc vallis illa Comitum Ducúmve Austriæ esset, prædicto modo sanati Fabrum, sub dubia historiæ fide sequitur Philipp. Camerar. *d. cent. 3 cap.* 42. *pag.* 145. Johan. Limnæus *lib. 1 de jur. publ. cap. 2 num* 8 Christoph Crusius *part. 2 de Indictis cap. 22. num* 40 post Martin Crus. & Johan Wolffium *locis à se relatis.*

Eadem † de Styriis populis agrestibus & strumosis, Austriæ 29 Archiducum Imperio subjectis, fama est, adeò ingenti affectos struma, ut loquelam ipsis impediat, & mulier lactans, illam post tergum saeci instar rejiciat (si vera fama est) ne infanti impedimento sit. Strumæ causam aquæ aeriq, quibus vescuntur incolæ, tribunt. Johan. Boem. *lib. 3 de moribus Gentium, c. 17 in fin. pag.* 295.

50 Est † insuper notorium, sæpeq; probatum, quod dum quis *balbutiens*, vel impeditioris linguæ est, si ab Austriacorum Principum uno absq; ullo alio suffragio osculum acceperit, officium loquendi disertissimè ætati suæ congruum mox patenter obtinet. Felix Faber *d. lib. 1. c. 15 pag. 175*. Camer. *d. cap. 42*. Christoph. Cruf. *d. c. 22. n. 40*. Limnæus *d. c. 2. n. 8*.

51 Illud † certa constat experientia, infantem eum, qui continuata serie masculorum septimus in lucem prodit, strumas seu schropulos, vel solo attactu curare, ait Anton. Mizald. *cent. 3 memorab. nu. 66 pag. (mihi) 60. b*

52 Deniq; † quod speciale, sive peculiares quarundam familiarum notas attinet, constat ex Treb. Pollione *in Quieto 13. Tyrannis. p. 380*. Macrianorum familiæ Speciale fuisse, ut Alexandrū Magnum viri in auro & argento, mulieres in reticulis & dextrocheriis, & in annulis, & in omni ornamentorum genere exsculptum haberent: eo usq; ut tunicæ & limbi & pœnulæ matronales, quæ in familia visantur, Alexandri effigiem deliriis variantibus monstrent. Ejusmodi sunt, quæ de Cornelio Macro in eadem familia viro narrat, rem totam Specialis hujus causa concludens, quæ est, quod dicantur (en Gentilismum!) juvari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestent, vel argento.

PARAGRAPHUS OCTAVUS

De Singularium quarundam personarum, summâ dignitate præpollentium Naturalibus sanandi ægrotos, insolitaq; operandi donis & signis.

SUMMÆ.

1. *Principes in tutela Dei sunt, favoreq; eius gaudent.*
2. *Agrippa annulo ab Octavio tradito multos sanavit.*
3. *Vespasiani Imperat. dona sanandi ægros & insolita operandi.*
4. *Episcopus quidam per verba solennia tactu succurrit.*

5 Py-

Pyrrhus splene laborantibus medebatur, fals[illegible]

7. Alii lienosis medicationem putant, hanc[illegible] pollici tribuunt, simul[illegible] personale.

8. De Achille idem quod de Pyrrho dictum, [illegible].

Cur nobilissimi cuiusdam Theologi [illegible] haud consumpsit.

20. 11. 13. Guntheramnus Gallorum Rex, [illegible] dictus, medicâ sanandi potestate claruit. Parisienses & Massilienses peste liberavit; & poteum quartanâ laborantium restituit.

12. Deum placatum publicis precibus & diuturnâ continentiâ.

14. Dæmon vitam mortuis reddere, animum effuatum formandum facere, solis cursum sistere, & ejusmodi alia non potest.

15. Diabolis curationes saepissimum falsæ præstigiosæ fictæ.

16. [illegible]

17. De implorationibus Dæmonum per Annulum.

18. De donis insolita operandi remissivè.

19. Iohannes Comes Zigenhainensis, dictus Magnus, miru corporis pollebat viribus.

20. Germanis olim Nobiles puellas Vates in consiliis & responsis attendebant.

UT † in tutela Dei sunt Principes viri; ita quoq; singularibus 1 donis, velut privilegiis semper antecessisse, Deumq; libentius favisse, & adhuc favere præcellentibus Principibus, quàm aliis a se educatis, in aprico est. Forcat. *lib. 1. de Gall. imper. & philos. pag 125.*

De AGRIPPA † refert Dio Cassius *histor Rom lib. 53* eum à 2 morbo gravissimo annulo tradito ab Octavio Augusto multos sinasse. & hujus testimonio utuntur Ren Chopin *lib 2. de Doman. Franc tit 9 n 8* & Johan. Valdes *de dignit. Hispan cap 16 n. 11.* Conf *quæ de hoc Annulo notavi §. præcedenti, 7 vers Inest præterea, cum seq n. 22. & seqq & inf hic, n 17.*

De VESPASIANO † Romani Scriptores mira narrant, cœ- 3 cis eum solum visum & manu vel crure debilibus sanitatem cœlesti favore, & quadam numinum inclinatione, cessanteq; in posteris concessione, restituisse. Cùm enim quidam ex plebe Alexandrina, oculorum tabe notus, Vespasiani Imperatoris genibus advolutus, cæcitatis remedium gemitu posceret, ac monitu Serapidis Dei, quem dedita superstitioni gens ante alios colebat, rogaret, ut genas & oculos sputo respergere dignaretur;

Alius

Alius manu æger, eodem auctore Deo, ut pede Cæsaris calcaretur, orabat: Imperator aliquâtisper cunctatus, deniq; cogitans peracti remedii gloriam penes se fore, irriti ludibrium penes miseros, nec ultra quicquã incredibile ratus, lætus jussa exequitur. Statim conversa ad usum manus, cœco dies reluxit. Tacit. *lib. 4. histor. cap.* 81. *ubi omninò videndus addita, in fine: utrumq; qui interfuere, nunc quoq; memorant, postquam nullum mendacio precium*, & ibi Vertranius Maur. J C *in notis ad verba Alius manu æger & ad verba: Origo Dei nondum nostris auctoribus pag.* 249. Sueton *in Vespas. cap.* 7. *ibi E plebe quidam luminibus orbatus, &c* & ibi Casaubon *in animadvers p* 210 *& seq.* Dio Cassius *Histor. Rom lib* 66. *in Vespasiano, vers. Idem Vespasianus cæcum hominem pag.* (mihi) 749 Forcatul *lib.* 1. *de Gallor Imper & Philos pag* 129. Picart *d decad.* 1. *cap* 7 *pag.* 49. *& seq.* Camer. *d cent.* 3 *c.* 42.

4 Hic † obiter anno 1010 Episcopum quendam verbis solemnibus, precibus ad Deum fusis visum cœcis reddidisse, attestante Cranzio *in Vandal* & post eum Crusio *d part.* 2 *cap* 22. *n* 39.

5 Pyrrhus † ille Epirotarum Rex, subditis Aquila, Hannibali rei militaris peritissimus dictus, splene laborantibus medebatur, facto galli albi sacrificio, & resupinis jacentibus dextro pede pressis: cujus medelæ pretium gallum quoq; album lubenter capiebat, ne quisquam adeò vilis, aut adeò pauper fuit, cui hujusmodi auxilium postulanti denegaret Plutarch *in vita Pyrrhi, in princ.* Forcat. *d lib* 1. *pag.* 130. *& seq* Valdes *d cap* 16. *n* 11 Crusius *d part* 2 *cap* 22. *num.* 40 Piccart. *d cap* 7. post Cœlium Calcagnin. *in histor Genuens* Camer. *d cent* 3. *cap* 42.

6 Lienosis † medicatum maluit Plin. *lib.* 7. *Natur, histor cap* 2. *& lib* 28. *c* 4 dextriq; pedis pollici vim hæsisse innuit, quod cremato post mortem corpore, illæsus intactusq; ab igni repertus, & 7 ideò in templo loculo conditus fuerit. Nec † quisquam Epiri Rex, eo bono pollens, secutus est Plutarch *d loc.* Alex ab Alex. *lib* 4 *gen dier cap* 26. Forcat *d. lib.* 1 *pag* 131. Valdes. *d cap.* 16 *num.* 11.

8 Camer. *d cap* 42 ubi insuper † notat eadem de Achille Homer. *in ejus vita* scribere. Crus. *d. cap.* 22. *num.* 39. Piccart *d cap* 7 *pag* 50. ubi

ubi addir, † nostri seculi nobilissimum historicum scribere, cu- 9
jusdam famosissimi Theologi Cor ignis violentiam contem- pisse.

De GUNTCHRAMNO † (quem alii *Gunthramum* vocant) 10
Gallorum Rege Mauritii Orientis Imp. attingente seculum, alijs Terrarcha (quod cùm tribus fratribus regnarit, concordiamq; pro viribus inter illos aluerit) dicto, literis proditum, cum divinitus medicâ non animarum tantùm, sed etiam corporum potestate claruisse. Non tantùm enim suis Aureliensibus, sed & 11
alijs, ut puta Massiliensibus dirâ lue, pestéve vastatis, succurrebat, Deum † infensum placari docens publicis precibus, & diuti- 12
nâ continentiâ, esseq; nihil præter panê hordeaceum, cum aquâ mundâ sumendum, & frequenti prece vigilandum: atq; ita grassantes morbos pellebat, post Gregorium Turonensem *lib. 9 Hist. Franc cap. 21* ubi insuper † & illud narrat, quomodo puerum im- 13
prudentem, quartanâ molestatum, valetudini, mediis regiæ vestis fimbriis, restituerit. Fides tantùm (ut ait Plin. *lib 28 cap 1.*) auctorem appellet Forcat. *d lib. 1. p. 130.* Valdel. *d cap. 16 n. 10.*

Illud † denique hic monendum venit, licèt Dæmon restitue- 14
re vitam mortuis, anum effœtam fœcundam facere, solis cursum sistere, & multa alia divinæ potentiæ in Ecclesia testimonia imitari & facere nô possit; esse † tamen hujusmodi curationes quan- 15
doq; falsas, in fictis præstigiis Diabolicis velatis morbis subsistentes, qualis Aspasiæ † teterrimus oris in ipso mento tumor fuit, 16
sertâ rosea, Veneri dicata, sanatus. Vid. de hoc post Philipp. Melanchthon *homil Dominical 24. post Trinitat.* Philipp. Camerar *d. cent. 3 cap 42.*

Eodem † modo & fine implorationes Dæmonum per An- 17
nulum quendam factas esse, plus satis explicatè reliquit Ammian Marcellin. *lib. 9. & 10 Histor* & aliquot exemplis illustravit Christoph Forstner *in Notis Polit. ad lib 2. Annal. Tacit in verbis juvenem improvidum, &c. pag 283.*

De † aliis insolita operandi donis egregiis viris datis non- 18
ago fusiùs, sed remitto me ad Valer. Max. *lib 1 rer. memor c 3 & 4.*

E Wil-

19 Wilhelm Dillich *pars. 1. Chron. Hassiac. pag* 91. ubi † de Johannis Magni dicti, Zigenheinensium & Niddanorum Comitis ultimi, miris corporis viribus quædam narrat: hocq; solum noto,

20 *Germanos* † olim Nobilibus puellis sanctum, & ob divinandi artem providum quiddam inesse judicasse, nec ideò consilia earum repudiasse, neq; responsa tanquam Oracula neglexisse, cujusmodi Velleda apud Bructeros, & Aurinia apud Cattos fuere, Tacit *de morib Germ* & ibi Jodoc Willich *in comm ad cap* 14 *pag. (mihi)* 471 *ubi plenius* Lipsius *in not ibid pag* 547. *& seq.* Beat Rhenan *ibid. ad c.* 8 *pag* 103 *edit Gruter.* Reinhardus Bachovius *in not ad Treutl disp* 7 *thes* 2 *lit. A in verbis: Et certe mulier quandoq; virtutis heroica & sceptri pag* 307 *vol. 1.*

PARAGRAPHUS NONUS

De Mixtis, partim Gentivis, partim Gentilitiis quorundam signis sive notis.

SUMMÆ.

1. *Mixta nota quæ sint?*
2. *Capillus Tiberii Imperatoris submissior.* *In capillo Gentile quid?*
3. *Capillorum Ornatus varius.*
4. *Cincinnatorum insigne capillus intortus. Crassorum crassities. Plancorum pedum latitudo.*
5. *Coma Regum Persarum olim celebris.* *Vespasiani imp. an Regum Persarum, quod capillatum esset, differentem assectationem sumpserit.*
6. *[illegible] de hoc auctoritas.*
7. *Barbari Reges barbam & capillum nutrivere.*
8. *Comam nutrire quibusdam Gentibus varia de causa pro Lege fuit.*
9. *Coma promissa ornata & speciosa antiquissimorum Gallicæ Regum decus.* *Coma apud Gallos regia Majestatis insigne. Ius regalis capitis dicta tota, unde Gallia comata vocata, idq; maxime temporibus Marcomiri, vel secundum alios Clodionis Galliæ Regis.*
10. *Clodianis dicti comati hinc.*

11. Comam

Comam tollendam esse Petrus Lombardus primum Gallis persuasit.

12. 17. *Comà rasâ incedere priscis Francorum Regibus turpe fuit, atque loco esto Suffrido.*

13. *Sufatum Dagobertus Galliæ Rex obsidione cinxit.*

14. *Sufacensibus in subsidium olim contra Dagobertum venit Sigardus Angrivaria & Beroaldus Frisiorum Princeps.*

15. *Dagobertus a Frisiis captus.*

16. *Ygle Galamanus Frisiis exercitus Imperator.*
Beroaldus Frisiorum Rex juvenes cum juvenibus commilitonibus judicabat.

18. *Clotharii Gallorum Regis cum Beroalde Frisiorum Rege pugna.*
Beroalde convicium in Clotharium.

19. *Rasura capitis olim turpis.*

20. *Senibus & militare & amare turpe.*

21. *Pugna Beroaldi cum Clothario exitus.*

22. *Populus integris suæ etiam fuerunt notæ.*

23. *Germanorum nota Coma rutila, & a natura & ab arte.*

24. *Suevorum Coma & crines quales?*

25. *Lacones nobilibus solum comam alere permittebant:*

26. *Idem & apud Aegyptios usu invaluerat.*

27. *Ornatus capillares Gentibus insignium loco fuerunt.*

28. *De Garamantum, Barbarorum, Atheniensium & Germanorum ornatibus capitum.*

29. *Comarum in Germania usus, in desuetudinem abiit causam prabente Philippo Bono Duce Burgundia.*

30. *Coma incommoda.*

31. *Eleazarus ingenuæ Nobilitatis candore clarus exstitit.*

32. 33. *Nasus firmus vel aduncus*
Os latum vel angustum & similia familiam demonstrant.

34. *Caput magnum Macrocephalorum, Lentulorum, &c. nota.*

35. *Causa horum in fœtibus, & quomodo?*

HÆ † sunt illæ Notæ, quas suprà § 1. *n* 10. *& seqq.* Gentis & familiæ signa, Gentile, vetera Familiarum ornamenta, genituum & naturale quid, ut plurimùm immixtum habentia, vocitavimus. 1

Talis † TIBERII Imperatoris capillus fuit pone occipitium submissior, ut cervicem etiam obtegeret: quod *Gentile* in illo videbatur, ait Sueton. *in Tiberio. cap.* 68. Capitis † enim capil- 2 3

los alii calamistro intorquebant, alii in gradus quosdam formabant, quidam in *ὄγκον* distinguebant, nonnulli pone cervicem submittebant, & hoc Suetonius, *in eodem cap 51 ibi ut comam semper in gradus formarit, & pone verticem submiserit*, à pletisq; ex Gente Claudia, & ideò etiam à Tiberio, ut & Nerone factum fuisse, indicare videtur. Casaubon *animadvers in Sueton. d. loc. lib. 3 pag. 151.* Piccart. *d. decad. 1 obs histor cap. 7. pag. 50.*

4 Sic CINCINNATIS † à cincinno, id est, capillo intorto dictis, crinis in familia pro insignibus erat: CRASSIS, crassities: PLANCIS pedum latitudo. Sueton *in Calig cap 35.* & ibi Beroald. *in comm in verbis Cincinnae crinem pag 502. & seq.* Ulyss Aldrovand *lib. 1 Ornitholog. tit Usus Aquilar in insignib vulgò armis dictis, vers Olim Nobilitas pag. 89 juncto versic. sed ut armis ibi: Habuit & antiquitas pag 90 tom 1.*

5 Celebris † est PERSARUM Regum apud Historicos COMA. Nam cùm proprium esset aliquando Regum Persarum nutrire comam, & esse crinitos, in dicterium venére Vespasiano Imper. ita ut stellam in cœlo crinitam suis temporibus apparentem illuderet, & ad Parthorum (Persarum Sext. Aurelius) Regem, cujus capillus sit effusior, sive qui capillatus sit, pertinere diceret Sueton *in Vespasiano cap. 23* & ibi Beroald *in comm in verbis: capillatus esset, pag* 885. ut & Lævinus Torrentius *ibid in comm ad verba. Ad Parthorum Regem. ubi eosdem Parthos, qui & Persæ sunt, scribit, pag.* 1572. Sext. Aurel Victor *in eadem* Petr Gregor. Thols. *lib 6. de Republ. cap 16. nu* 10

6 Et ad hoc † allusit Juvenalis *Satyr 6.*

Instantem Regi Armenio, Parthoq; Cometen
Prima videt.

7 Commune † autem fuisse Barbaris Regibus barbam & capillum nutrire, præter nummorum & lapidum monumenta ostendunt Sueton *in Caligul. cap* 5. Torrentius *d. loc.* ut & Silius *lib. 19.* de Numidiæ Regis Juba:

——— Regniq; insigne vetusti
Gestabat decus cinguntur tempore vitta
Albenti. Dn. Johan. Gerhard. *tom. 6. Loc. comm de Magistrat polit. §. 96.*

Imò

Imò † aliquibus Nationibus variis de causis ex lege quandoq; fuit Comam nutrire, uti de Argivis & Lacedæmoniis, occasione agri dicti Thytea, refert Herodot *lib* 1. Petr. Gregor. *lib. 6. de Republ cap. 16 n.* 11. 8

Apud GALLIÆ † Reges omnium antiquissimum decus *Coma* ornata & promissa fuit, quam ut speciosam, sicuti par est, ante alios ipsi Reges ostentabant, Livius *decad.* 4. *lib.* 8. Forcat. *lib* 5 *de Gallor Imper. & Philos pag.* 696: adeò, ut *regia Majestatis insigne.* Vincent. Lupanus *lib.* 1. *de Magist. Francor. p* 193. Nicol. Betlius *in post familiar illustr cap* 7. *pag.* 216 & *Ius Regalis capilis*, post Horomann. Philip. Camer *d cent.* 3 *cap.* 36. Imò ex hac ipsa coma totam Galliam, propter incolas, regis ad exemplum, comam sine delectu nutrientes, Comatam Plin. *lib.* 33. *cap* 3 *pag* (*mihi*) 1406. & *lib.* 8. *cap.* 37. ibi: Atq; etiam nomina ex eo capillares Alpium incolis, Galliæ Comatæ. Forcat *d lib* 5 *pag* 695 appellitent. Etenim temporibus Marcomiri (alii Clodomiri) & filii ejus Clodovæi hunc fuisse morem notat Aymonius *lib de gestis Francor cap.* 4. Joan. Tilius *lib* 2. *rer. Gallicar.* Camerar *d cap* 36. Alii ad † Clodionem majoris spei Ducem, Galliæ restitutorem, Franciæ ornamentum, tam Comis, quàm Comati Regis exemplum. Sic enim Clodio vocabatur propter uberem Comam, quàm Reges Francorum deinceps præ cæteris Principibus & subditis colerent Forcatul. *lib* 5 *pag* 695 *& seqq.* ubi de Coma pluribus. Camerar *cent.* 2 *oper. subcis cap* 40. Duravit † verò hic mos temporibus quoq; sequentibus usq; ad Petri Lombardi Parisiorum Antistitis ætatem, qui primus, ut indecorum, minimeq; Christianum Comam tollendam persuasit Lupan *d lib.* 1 *pag* 193 Beat Rhenan. *lib* 2 *rer. Germ. tit de cultu & armatura Francorum veterum* Petr. Gregor *d lib. 6. cap.* 16 *n.* 12 *in fin. post Agathiam.* 9 10 11

Quam † turpe autem Francorum Regibus priscis fuerit temporibus raso incedere capite notabili historia firmat Suffridus Petr. Leovardiens *lib* 1. *de Orig. Frisior c* 15 *p* 296 *& seqq* Dagobertos, † *inquit*, accepta à patre regnandi potestate, quo militaris fortitudinis egregium aliquod ederet specimen, in Vesua- 12 13

14 liam irruptione facta, Susatum obsidione cinxit: præstò † mox fuit subsidium, tum à Sigardo Angrivatiæ Principe, tum à Bero-
15 aldo Frisiorum Rege: fit † impetus in Dagobertum, qui profli-
16 gatis copiis suis, in fugam versus capitur, captus ad Frisici † exercitus Imperatorem Yglonem Galamanum adducitur, nam Beroaldus jam seoex ipse non aderat, & alioqui juvenes cum juvenibus committendos judicabat, præsertim cùm Francorū vires
17 non metueret. Galamanus † autē, qui mandatum à Rege suo habebat, ut juvenem Regem (si fortè posset) occideret, aut etiam captivum detineret, sed aliquo ludibrio affectū dimitteret, Dagoberto per partem suum multa obtestanti, *partem comæ abrasit, eamq; pileo cujusdam imposuit*, qui eam in signum victoriç triumphabundus toti exercitui ostentaret. Quo facto comam, ut erat, Dagoberto restituit, addito mandato, ut patri manubias istas transmitteret, ipse autem Frisios ulterius non lacesseret, nisi graviora pati vellet. Interea Dagobertus patrem infortunii sui certiorem facit. Illa tanta filii contumelia intellecta (*nec enim Francorum Regi major inferri poterat quam Comæ detonsio*) efferatus vindictam cogitat, quam se regiâ majestate salva omittere non posse arbitra-
18 batur. Itaq; † contractis clam undecunq, copiis in Frisiam ex improviso irrupit, ut imparatum Beroaldum opprimeret: Beroaldus tamen collectis ex suis, quos in tantâ festinatione habere potuit, pedem cum hoste contulit: & cùm Clotharium præsentem agnosceret, acerbissimo eum dicterio perstringit, sua lingua dicens: Ah du alre schire bollæ bistu dir sælm? hoc est, Ah tu ve-
19 tule incane taure, ades tu ibi ipse, hocq; † cum dicterio conviciorum quadrigam absolvit, illam scilicet, quæ est apud Poetam, dum ait.

Turpe caput rasum, turpis sine gramine campus,
Turpe senex miles, turpe senilis amor.

Caput enim rasum ea præcipuè tempestate turpe omnibus hominibus, præsertim autem Francorum Regibus erat, & milita-
20 re † turpe Clothario erat, filio jam regni habenas moderāre, quò ipse senectutem transigeret in ocio: senem autem libidine di-
stendi

ftendi ubiq; turpe, apud Frifios autem turpiſſimum erat, adeò, ut libidinoſos odioſo vocabulo tauros vocent. *Hactenus Suffrid Petri*, qui victoriam † Franciscam contra Friſios obtentam, finemq; 21 & exitum Beroaldi ſagittâ in pectus adactâ proſternati, capiteq; haſtæ infixo, & omnium oculis expoſito truncati, plenius hîc deſcribit.

Non † tamen putandum eſt, ſolos Reges, illuſtresq; fami- 22 lias manſiſſe has notas. imo & ad totos populos, vel ejus aliquam partem tranſiêre. In GERMANIS † hoc nomine *rutilas comas*, 23 *torvas*, piloruмq; obliquationes laudat Tacitus *de morib. German. c. 4. & 38.* quamvis non à natura ſolùm, ſed etiam ab arte, quia la- vabant crebrò & medicamento rutilabant. Diodor. Sicul. *lib. 5. Biblioth. c. 18* Juſt Lipſius *in not. ad Tacit German in verbu Rutila co- ma pag 544 & ſeq. ubi pluribus*. Chriſtoph. Coler. *ibid. in not ne & cdcap 38.*

Ita † apud SUEVOS olim ſervi fluxâ comâ, & crinibus in- 24 cedebant: Ingenui crines ſuos rufos obliquabant, & nodo ſub- ſtringebant. Tacit. *d. loc cap 38.* & ibi Scriptores, Camer *d cap. 36.* Contrà † LACONAS Ingenuis & nobilibus comam alere per- 25 mittebant. Servi vero & humiles tondebantur. Plutarch *in Ly- ſandro, in princ. & in Apophthegm Impp.* Apud ÆGYPTIOS † coma 26 prolixa etiam in uſu erat, ſed ſolùm apud illos, qui Nobili orti eſ- ſent proſapia, Lucianus *in Navigio* Tiraquell. *d tract. de Nobilitat. cap 37 num 161.*

Atq; † hinc invaluiſſe videtur apud omnes Gentes, quod 27 *Ornatus capitales* pro inſignibus habuerint, uti de *Garamantum* † pennis *Barbarorum* ſtrobulis: *Atheniensium* cicadis & *Germa-* 28 *norum* citris, auctor eſt Tertullian *lib. de Velandis virginibus*, notat- que ibi Beat. Rhenanus, Garamantes eſſe Lybiæ extremos po- pulos ſemiferos. Strobulos Barbarorum fuiſſe geſtamina ex au- ro in modum pineæ, quia ſtrobulus Græcis pineam ſignificat. Sic Athenienſes in capillis ſive cincinnis virorū aurum implexum, cicadasq; aureas ſeriatim iis concinnatas, ferebant. unde *τεττιγο- φόροι*, id eſt, cicadiferi dicti, quaſi Cicadarum inſtar ſint indigenæ.

Plinius

Plinius *lib.* 33. *cap* 1. Thucydid *lib.* 1. Laurent Beyerlinck. *tom* 4. *Magn theatr vitæ human lit I vac Insignia.tit signa, arma, impressa §. Regnum, Principum, pag.* 324. Forcatul *lib* 5. *de Gallor. Imper & Philos. pag* 697.

29 Sanè † patrum nostrorum memoriâ in Germania & Gallia aliisq; locis *Comarum* usus paulatim in desuetudinem abiit, suntq; multi in ea opinione *Philippum Bonum Ducem Burgundiæ*, circa annum 1460. hujus rei initium præbuisse. Cum enim, referente Heutero Delfio, longo incognitoq; implicaretur morbo, ei pellendo inter varia remedia, medicis visum, comam (summâ curâ tum à viris proceribus nutritam) ut poneret. Animadvertens verò, se propter novitatem rei à familiaribus, aliisq; derideri, edicto sui Imperii Nobilibus & aulicis caput esse rasum præcepit: Illi edicto parentes, effecêre, ut paucos post annos tàm apud Belgas & Gallos, quàm universam Europam hæc res, quamvis insolita, invaluerit. Nec sine causa. Virorum † enim major gravitas

30 esse debet, quàm ut seriis omissis in ornanda coma, instar muliercularum occupati sint, imo experientia teste, ex longioribus comis in prælio & vulneribus multa impedimenta & pericula inferuntur, & valetudini, quòd fluxiones capitis alant, obsunt. Post Heuterum Delfium *lib* 4. *de reb Burgund.* Camer. *d cent* 1 *cap* 36. *pag.* 168 *& seq. & cent.* 2. *cap* 40

31 Huc † spectare videtur, quod de Eleazaro uno de primoribus Scribarum, viro ætate provecto, 2 *Machab* 6 *v* 23 literis proditum est, cum ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & *ingenitæ Nobilitatis canitiem* cogitare cœpisse.

32 Hac † denique ratione sæpè videmus omnes; qui ejusdem sunt familiæ longo successionum tractu *nasum* vel *simum*, vel *adun-*

33 *cum*: quandoq; † etiam *os latum*, vel *angustum*, aliamve partem majorum suorum formam referentem, retinere & servare. Qua-

34 re † Hippocr *lib de aere, aqua & loc* Macrocephalos ex iis, quibus *caput magnum*, longa serie generari statuit, talesq. Lentulos apud Romanos fuisse Mercurialis auctor est suntq; hodie non paucæ

41 familiæ, in quibus idem conservatur. idq; † ob ideam, non parentum

rentem solùm, sed & majorum in semine latentem; usq; adeò, ut non tantùm impedimentum aliquod, vel imbecillitas seminis avorum, aut integritas virium in principiis generationis respicienda, sed potius seminarium hujus vel illius a parentibus communicatum, non in filio, sed nepote vel pronepote quandoque resuscitatum, sufficientiaq; in hoc magis quàm illo præbens, offerensq; requisita, attendendum Vid. Dn. Georg. Horstium *dissert. Giessæ, Anno 1618 editâ, de caus. simulit. & dissimil. in fœtu. pag. 16. & & fere per tot.* Conf. suprà § 2. n. 8. & *seqq.*

PARAGRAPHUS DECIMUS ET ULTIMUS.

De Effectibus, Usu & potestate Notarum sive Signorum ac Insignium Naturalium, Genitivorum & Gentilitiorum.

SUMMÆ.

1. *Ex notis hæc præeminentia.*
2. *Agathyrsi picti fuerunt, sed prout Majoribus præstarent. Sic & Thraces, Britanni & Gelones.*
3. *Germanorum Libertas in militando.*
4. *Tobia Pannwitzeri Laus.*
5. *Ex notis Principum naturalibus, quandoq; prærogativa descendit.*
6. *Notæ signaq; naturalia Principibus varia authoritatem, reverentiam & potestatem conciliant.*
7. *Notæ, signa & impressiones hæ, magnas res portendere solent, idq; exemplis ostendit.*
8. *Ex notis agnitio.*
9. 25. *Nota naturalis Originem monstrans idq; exemplo vasilarum ... et aliorum probatum.*
10. *Causa harum Notarum incerta.*
11. *Argumentum ad designandum parentem, sumptum à similitudine, invalidum est.*
12. *Filiationis probatio rebus in facto impossibilibus annumeranda.*
13. *Signa naturalia, quæ insolita, extraordinaria & miraculosa non veniunt attendenda, sicut & ea, quæ sunt regularia.*
14. 18. *Ecclesia non judicat de occultis.*

Similitudo prolis non tam vim quandam probandi, quàm adminiculandi habet.

habet & quomodo hoc intelligendum concluſivè declaratur.

15. 21. *Imaginatio mulierum ſæpiſſime ſimilitudinem in prole inducit: Notulasq; operatur.*

16. *Partus ſuppoſititius vero & naturali patri perſæpè ſunt ſimiles, quam ii ſunt adulterini & inceſtuoſi*

17 *Filiationis probatio reſpectu patris ſemper eſt incerta, idq; probatione præciſa & neceſſaria non vero probabili.*

19 22 30. *Inſpectio corporis & notularum ſecretarum regulariter prohibita eſt.*

20. 29. *Caſus notabilis ſuper ejuſmodi notulis apud Senatum Pariſienſem agitati fragmentum ex Mornacio proponitur unà cum deciſione.*

23. *Perſica mulieres impudica.*

24. *Caſſandra caſtitas.*

Occulta & obſcœna ſilentio tegenda.

26. *Stellatum notum Genitivas:*

Item Cancer:

Labrum tumens:

Et O nimis ſemper obliquum.

27 *Pelopidarum familia illi tantum adſcribebantur, qui in humero quaſi inuſta Gentis inſignia ferrent*

28. *Chinenſium filii ſimiles ſunt patribus, naſo, oculis, fronte, barba.*

31. *Auctoris excuſatio, ſuper adlectione caſus a Mornacio relati.*

32. *Lectoris candorem & dexteritatem exigit auctor*

1 VUlgatum † in omni Natione ſemper fuit *Quantò quis alteri præſtat, tantò propenſiore notâ inſigniendum ac cingendum* ita, ut humilitatis fuerit indicium, non pingi, vel minus pingi & notari.

2 Quod de Agathyrſis † prodidit Pompei. Mela *lib.* 2 quando ſcribit, corpora artusq; pingere, ſed qui Majoribus præſtent, ita magis vel minus pingi. Sic apud Thraces punctum eſſe in facie Nobilem ſignificabat, non punctum ignobilem, Herodot *lib.* 5 *poſt princ* Idem de Britannis, & Gelonibus poſt Julium Cæſar. *lib.* 5. *de bell Gallic* Virgil. 1 *Georg. & 4. Æneid. Solin. cap* 5. tradit Tiraquell. *de Nobil. cap* 37 *n* 161. ubi de ſimilibus aliis, pluribus.

3 Erat † populus Germanus more à Majoribus accepto jus quoddam præ reliquis ſibi vindicat, dum contineri ad belli neceſſarium uſum domi non poteſt: Reichs Abſchied *de Anno* 1570. 4 §. denſelben, Tobias † Paurmeiſter in aureo & erudituſſimo tractatu (ita

tu (ita Dn. Johan. Gœddæus *in Respons. Baron. Vallend. n. 70. in fin. n. 122. & num. 433.) de jurisdict. lib. 1. cap. 3. n. 22 vers. Munerum personalium, cum seqq. pag. 35. & seq. per ibi relat.* ita † quoq; Illustrissimæ fa- 5 miliæ Principes viri prærogativâ suâ per has notas & Insignia, ipsâ etiam naturâ concurrente, nunquam caruerunt; Jacob. Valdes *de prærogativ. sive dignit. Hispan. cap. 16. n. 9 & seqq.* Piccart. *d. decad. 1. cap. 7 pag. 49.* Idq; nos suprà *§. 6. n. 7.* Conzanorum Regum in Asia exemplo, aliis Impp. & Regum donis, hinc inde fusius comprobavimus.

Secundus † ex hac Prærogativa repullulascens *Effectus* est, 6 conciliari per hæc signa Principibus viris auctoritatem, reverentiam & potestatem, uti suprà §. 5 *n. 2. & 3.* in genere: *& §. 6. num. 9. & 10* exemplo Archiducum Austriæ planum fecimus.

Tertius † *Effectus* harum Notarum, Signorum & Impressio- 7 num est, maximas sæpè res portendere, & ideò diligentem ac majorem requirere explicationem scribit de genitivo Angliæ Regis signo Leone & corona corpori ejus impressa, Camerar. *d. cent. 3 cap. 42 in fin.* Sic naturale Johannis Friderici Electoris ac Ducis Saxoniæ insigne, (de quo suprà *§. 5. num 15.* diximus) velut eventus præsagium, manifesto illo declaravit & comprobavit indicio, Camerar. *d. c. 42. in fin.*

Quartus † *Effectus* est, inde agnosci, idq; suprà § 2. *num. 1 & 8 seqq.* exemplo Cain, in quo Deus posuerat signum, ne interficeretur, manifestum reddidimus: & §. 6. *num. 4.* Chariclez ex ejusmodi insigni agnitæ.

Deniq; † hinc *quintus & ultimus* resultat *effectus*: Originis 9 scilicet monstrandæ vim tenere. Ideò Tacitus *de vita Julii Agricol.* rutilarum comarum, magnorumq; artuum argumento Caledoniam Britanniæ habitantibus Germanicam vendicat originem. Nam *rutilæ*, ait, *Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem asseverant*, Beatus Rhenan. *in Tacit. German. cap. 4. pag. (mihi)* 101.

Et hoc est, quod suprà *§. 1. num 6. & 8* de Alexandri Magni, 10 Octavii Augusti & Seleuci origine ex Sidonio & Ausonio · § 2

n. 10. de Dacis aliisq; § 5. *n.* 3. 4. 5 *& 6* rursum de Seleuco: § *6. n.* 3. *& seqq.* de Ænobardis: ut & § 7. *& 9. per tot* de Gentilibus aliis ex hujusmodi signis claris & noscibilibus, proposuimus.

10 Verùm † cùm de causa horum Insignium Naturalium & Notarum certi semper esse non possimus per ea, quæ suprà *§. 2.*
11 *nn 6 & seqq* tractavimus, fit ut inefficax † argumentum sit, ac asseveratio prorsus invalida, parumq; firma, quę in designando parente ex similitudine ratio sumitur, scribit sat doctè ad forum JCtorum Caspar Bauhinus *lib. 2. de Hermaphrod. c* 11 *pag (mihi)* 124.
12 *& per tot* Nam † cum ex communi ferè omnium assensu rebus in facto impossibilibus Filiationis (ut Dd. ajunt) probatio adnumeranda, Jacob Menoch *de arbitr jud. quæst. lib.* 2 *cent* 1 *cas* 89. *num* 1.
13 Caitanza *d tr de part. nat & legit c* 20. *n.* 35. & † talia signa plerumque sint insolita, extraordinaria, ac (ut ajunt) miraculosa magis, quam regularia: ideò in foro exteriori non veniunt attendenda, maximè, quod Ecclesia non judicet de occultis, reservetq; ejus-
14 modi justo Dei judicio. Et licèt † hic vis quædam probandi subesse videatur, illa tamen magis ad similitudinem prolis, quàm ad hasce Notas transferenda videtur, cùm & illa nihilominus communiter à Dd nostris reprobetur, & non nisi in modum adminiculi, suspicionis, levis conjecturæ, probabilisq;, non demonstrativæ assertionis admittatur, Menoch. *d cent.* 1. *cas* 89. *n* 101 *& seqq. & lib 6 præsumpt* 53 *num.* 47. *per tot relat* Corasius *d Annal ad arrest. Parlam. Tholos.* Dn. Georg. Horst. *d dissert. de caus simil & dissimil in fœtu pag* 32 *& seq*

15 Nec † impedit, si quis dicat, ab Imaginatione mulierum, juxta tradita Bauhini *d lib* 1 *cap.* 11 *per tot.* Dn Horstii *d dissert. pag* 30 *& seqq* similitudinem istam sæpissimè provenire, & propterea certitudinem filiationis inducere non posse. Nam constat ejusmodi imaginationem, æquè impressionem talium Notula-
16 rum, ac similitudinem prolis operari posse Imò † experientia rerum magistra testis est, quod multi suppositititi in matrimonio vero & naturali patri non corpore duntaxat, vultu & lineamentis, sed moribus etiam & ingenio similes nascuntur, & tradunt insuper

insuper Herodot *lib. 5. pag. (mihi)* 296. Polyb. *lib. 2. cap.* 55. *ubi de Thrace*, Dn. Horst. *d. dissert. pag.* 32 *& seq. ubi vide* qui tamen omnes cum prole vera ac naturali, pari matrimonii & legitimitatis (ut loquuntur) favore obtruduntur, quantumvis sint adulterini, vel insuper etiam incestuosi. Atq; sic † probatio filiationis ex parte 17 patris semper est manetq; incerta. Nullo enim modo pater alicujus probari potest probatione necessariâ & præcisâ, uti mater: sed solum probabili & refragabili, veluti, si quis ex uxore vel concubina domi retentâ vicinis scientibus natus fuerit, vel solum conjecturali, quæ ex aliis atq; aliis elicitur præsumptionibus, Menoch. *d. cas.* 89. *n.* 3. Carranza *d. c.* 11. *n.* 35. *&* 42.

Sit † ergo communis prædictorum conclusio atq; decisio: 18 Humanâ naturâ ordinariè & juxta communes regulas operante, fœtus quidem parentibus similes produci; sed ab hac similitudine, vel per temperamentum, diversumq; victum, vel imaginationem degenerare; atq; ita cum prima causa propriè sit ad similitudinem referenda, sequentes ad dissimilitudinem communem naturæ ordinem contingentem, major certè præsumptio, magnumq; judicium & argumentum filiationis descendit ab illa similitudinis causa regulari & ordinaria, quàm cæteris. Et de hoc argumenti genere non solùm loquuntur Poëtæ & Historici longâ serie per Tiraq. *ad l. connubial.* 7. *nu.* 51. relati, sed etiam concludendo ex pluribus firmat Stephan Gratianus *tom.* 3. *discept. forens. cap.* 567. *n.* 60. Menoch. *de præsumpt.* 53. *nu.* 45. *&* 46. Carranza *d. cap.* 20. *nu.* 59. 60. *&* 67. Confer, quæ suprà §. 2. *in fin.* & infrà hîc *n.* 25. *& seqq.* adjecimus.

Hæc † & alia sine dubio Criminalis Auditorii apud Pari- 19 sienses Senatum moverunt, quòd puellæ cuidam inspectionem Natulæ Mattii, qui eam devirginasse, deferebatur, denegarit, quamvis aliàs propter turpitudinem talis inspectio tàm in muliere, *c. fraternitatis*, 6. ibi. ut mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirerent diligenter, utrum idonea esset ad viriles amplexus, *ext. de frigid. & malefic.* quàm masculo, *l. minor* 25. *annis à Præside, ff. de minorib.* Hostiens. *in c. puberes n.* 1. *&* 2. *de despons. impub.*

impub Johan. Honor von Arel *in Decretal summ. lib 4. cap. 15 nu. 10.* Thom. Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 93 nu 15, & seqq. per ibi citatos plurimos Elegantissimè omnium de utriusq, tàm moru, quàm fœmina inspectione sive Aspectu corporis in utroq, sexu ejusq, vi & efficaciâ.* Melch. Kling *in de insuf matrim c 5. Rubr de septimo impedimento, scilicet impotentia coeunde, & Rubr seq de impotent naturali fœmmio à nu 60 usq, ad n. 76* Joach. à Beust *part 2 de matrim tit 14 & 15 pag 120, & seqq.* Johan Baptist Vivian *lib. 4 rational. jur Pontif tit 15. de frigid. & malef ode accepisti 1 in verbis si marito provocante, & 1 vers ideò per confessionem pag 50 col. 2 & ad verba: si verò muliere agente, &c. vers. si verò per aspectũ corporis, pag 52. col. 1 & rursum ad verba sed si vir, &c, vers ex quo tamen. Item ad cap laudabilem 5 eod tit ad verba: & si cum septimo manu, & c. ibi · & hoc etiam ex aspectu corporis appareat zac denique ad cap. litera 7. ad verba: sed si uxor dicit virum, &c ibi & aspectus corporis, per quem appareant non carnaliter cogniti ibid. pag. 53 col. 2.* Nicol Betsius *tr de pact. famil illustr cap. 6 pag. 166. ubi de probatione impotentia remissivè post Mascord Brunell & Menoch locis ibi relat* Johan. Kitzel *in synops matrim cap. 3 theorem 4 lit d. & e* Andr. Fach. *cons. 69. num 4 lib. 1.* post Heoric Boic *in Br ext de Frigid & Malef* Paul. Matth. Wehner *cons Francor. 40 n. 2. & seqq.* jure improbatæ non sit, prostantq; hujus inspectionis exempla etiam inter homines Nobilium dignitate præcellentes quorum nomini ut parcam religioni mihi duco. Sed quia † casus ille in Senatu Pari-
20 siensi agitatus valdè notabilis est, facere non possum, quin ejus fragmentum ex ipso auctore Mornacio *in observ ad l si alterius 3. C. si minor se major. dixer.* subjiciam in eoq; finiam. Dabo *ait*, agitatæ non ita dudum in Criminali Auditorio elegantissimæ controversiæ fragmentum, quód, ni fallor, miretur haud minus ex insolita hypothesi studiosa juventus, quam nos ipsi, qui audivimus, causæq; pro more interfuimus. Quidam nomine *Matrius*, cùm esset viduus, tresq, haberet liberos ex defunctâ conjuge, devirginavit puellam plenæ virginitatis, & annis propè jam gestientibus, ut hoc dicam cum Petronio, filiumq; ex eâ suscepit, quod tamen negavit postea. *Puella* igitur movit litem de agnoscendo partu.

partu. Et, ut se nihil aliud effecturam videt, ad ulteriora excurrit, *atque infantulo sui coxa innatam eam ipsam notulam, quam Maritus ac sibi ipsi, ex priore matrimonio, liberi in interiore, obscœnaque illâ parte gererent.* Postulat proinde apud judicem, nudari intima Maritorumque ipsius femora, ut ex nota semper simili, quæ in singulis spectabitur liqueat, verissimum esse, quod asserit. Hoc statuit malè consultus, decorique nescius judicius. Appellat Maritus Senatum. Patroni hinc inde rationes, in publicis causarum capitalium actionibus, committunt. Hic argutè † imagi- 21 nes, rerumque simulachra percenset, quæ accedens graviditas in utero, ut in animo, efformat. nec prætermittit tabellam Æthiopis, de qua Heliodorus: aut etiam Patriarchæ maculatas oviculas: tamen † rejiciendas eò magis inspectiones illas obscœnas, 22 quicquid posceret vilis, infamisque meretricula, quod turpem inspectionem, earum morem Imperator, *l. ult. C quando tutor vel curat.* planè indistinctèque antiquarit, abrogarit, sustulerit, quod obscœnum, & hoc pariter inauspicatum dixit Festus. Egregiè † au- 23 tem & prudenter Q. Curtius *lib. 5.* de fœminis Persicis convivia ineuntibus *paulatim pudorem profanant. Ad ultimum opus (honos auribus habitus sit) ima corporum velamenta projiciunt.* Sic ille. Castissima † autem Cassandra apud Euripidem *in Troadibus*: 24

Σιγᾶν ἄμεινον τἀμὰ χροῦ μηδὲ μοῦσά μοι
Γένοιτ' ἀοιδὸς, ἥτις ὑμνήσει κακά. hoc est:

Silere melius est obscura, ne Musa mihi nudos canat, unde laudentur mala, &c. Alter † verò signa corporum gentilitia denar- 25 rat, quæ non aliâ ratione veteres commemorârunt, quam quia quispiam ex familia, cui datum hoc fuisset, ut figuratos parte aliqua corporis nasceretur, eandem ille semper, ac similem quasi naturæ gesseram vel femori, vel brachio, aut vultui impressam, ex ipso natalium limine ederet: ejusmodi enim fuisse anchoras, quas Zeleuci nepotes universos ad unum, incorruptâ serie, notarunt in femore: ejusmodi & lanceas, quæ Gentilitia signa Spartanis, ac Thebanis. Quibusdam † etiam stellæ, quibusdam Cancer, 26 at Thyestis: at verò & sunt inter Reges, & Optimates, quibus tu-

mens

27 mens labrum, vel obliquus semper oculus Eleganterq; † inter cæteros Julianus Imper. *Orat 3 ad Constantinum Imper.* cùm ait: licuisse iis tantùm, adscribi in Pelopidarum familiam, qui in hu-
28 meris quasi inusta gentis Insignia ferrent. Imo † & in hunc diem filii apud Chinenses, similes suor patribus, naso, oculis, fronte, & barba, quod latè exequitur Andreas Laurentius, Medicus Regius *lib 8 quæst. 20 histor Anatomica* Optimè deniq; Euripides in Electra.

> Φιλεῖ γὰρ αἷμα τ' [illegible],
> Καὶ [illegible] ὅμοια [illegible] πεφυκέναι:

id est, solentiis, sanguis idem, quibus fuerit patris, pleraq; simi-lia corporis natura inesse Inde agitur, ajebat puellæ patronus, qui indagationes, inspectionesq; corporum, arcere in hac lite, in qua de agnoscendo partu agitur, voluerit, eò collimer necesse est, ne vestigiis, quibus possit a prioribus, emergat in apertum veritas Circumfluenti compiâ, erudiaq; oratione egit de more Dom. Bretius, patronus Filci, fel xq, ac studiosum fuit Brodæi & Verrii ad exudandas causas, auspicium. Uterq; enim cum elegan-tia verborum, sermonisq; comitate, atq; gratia, peroravit &
29 cùm † matutinam judicium sessionem disceptatio illa, verè Na-talitia, exemisset, firmavit demum Senatus Juridici Cariutum
30 sententiam, petitionemq; † inspectionis pudendæ, ut alienam, turpem, atq; infamem repulit Anno 1608 die 9 Februar. *Hucus-*
31 *que Mornacius*, cujus verba, † quod hîc inseruerim tùm raritas ca-sus tùm deductionis elegantia, & cum proposito nostro conve-nientia tùm deniq; sententiæ reformatoriæ Justitia effecit. Tan-
32 tùm est, † benevole Lector, tu sincerè, dextrè & sine livore de bac nostra in historicis & juridicis Observationi-bus, Meditationibusq; oppella sentito, judicato.

INDEX

INDEX MEDITATIONIS HUJUS Historicæ, & quoad res & verba accuratissimus.

A.

 cima-

D.

E

F.

G.

H.

Labrum

L.

M.

N.

Nota-

O.

P.

Non

H quon-

T.

V.

Ygl.

YGlo Galamanus Frisici exercitum Imperator olim extitit. §.3. num.16.

Z.

ZEleucus. Vid.Lit.A.vers.Annulum,&c.
Ziegenheinensis Comitis robur. Vid.lit.S.vers.Johannis.

F I N I S.